7. *secretum*] prägnant für 'geheime Unterredung, g. Zusammenkunft', wie c. 100 *secretum componendae proditionis;* IV, 49 *secreto eorum nemo adfuit;* A. XIII, 18 *crebra cum amicis secreta habere.*

aucto animo] 'in gehobener Stimmung'.

8. *suspensis*] s. zu I, 25, 7.

9. *ingens rerum fiducia*] 'als mächtiger Hebel des Vertrauens auf die Lage'. Vgl. Ov. tr. V, 6, 1 *tu quoque nostrarum quondam fiducia rerum;* H. II, 5 *praecipua concordiae fides Titus;* IV, 85 *praecipua victoriae fides dux hostium Valentinus.*

10. *profligaverat*] i. e. prope confecerat. Vgl. V, 10 *intra duas aestates cuncta camporum omnesque praeter Hierosolyma urbes victore exercitu tenebat* (Vespasianus); III, 50 *sufficere cohortes alaeque et e legionibus lecti profligato iam bello videbantur;* IV, 73. A. XIV, 36. G. 13. Cic. ad fam. XII, 30, 2 *profligato bello ac paene sublato;* Liv. XXI, 40, 11. Flor. I, 31 ed. Jahn. Vgl. zur Grundbedeutung *paene ad interitum vel exitum adducere* Gell. n. Att. XV, 5. Non. p. 160 ed. Merc.

11. *ingenium* 'natürliche Beschaffenheit'. S. zu I, 51, 5.

12. *superstitio* 'Fanatismus', wie I, 11, 3.

quam quo] s. Cic. ad fam. X, 3, 4 *haec amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quo te arbitrarer monitis et praeceptis egere.* Vgl. Haase zu Reisigs Vorl. über lat. Sprachw. S. 465 A. 432.

13. *necessitates* 'Bedrängnisse', wie IV, 44, 2. Vgl. zu I, 3, 4.

supra] s. zu I, 10, 11.

14. *exercitae*] s. zu I, 68, 7.

quattuor] s. zu I, 10, 1.

Mucianus obtinebat in pace, sed aemulatio et proximi exercitus gloria depulerat segnitiam, quantumque illis roboris discrimina et labor, tantum his vigoris addiderat integra quies et inexperti belli labores. auxilia utrique cohortium alarumque et classes regesque ac nomen dispari fama celebre.

5 Vespasianus acer militiae anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio ac, si res posceret, manu hostibus obniti, cibo fortuito, veste habituque vix a gregario milite discrepans, prorsus, si avaritia abesset, antiquis ducibus par. Mucianum e contrario magnificentia et opes et cuncta privatum modum supergressa extollebant; aptior sermone, disposito provisuque civilium rerum peritus: egregium principatus temperamentum, si demptis utriusque vitiis solae virtutes miscerentur. ceterum hic Suriae, ille

15. *in pace*] 'in Friedensstellung, auf dem Friedensfusse'.

16. *quantumque* etc.] Zum Gedanken vgl. Vell. II, 78 *patientia periculorum bellique experientia durabat exercitum.*

17. *labor*] hier wie c. 62, 7.

vigoris] s. zu I, 87, 15.

18. *labores*] 'Strapazen' statt der handschriftlichen Lesart *labor*, die ihren Ursprung einer Dittographie von *labor* verdankt. Vgl. A. I, 59 *aliis gentibus inexperta esse supplicia.* Ueber den passiven Gebrauch von *inexpertus* s. zu I, 8, 3.

classes] Der Plural wie c. 76, 30. III, 1, 11. Ausser der Pontischen Flotte (II, 83. III, 47) waren an der Küste von Syrien (in Seleucia, dem Hafenort von Antiochia) und von Aegypten Flottenstationen. Marquardt R. Staatsverw. II S. 487.

reges] 'die Landesfürsten', Antiochus von Commagene, Agrippa vom Ostjordanlande, Sohaemus von Sophene. S. zu c. 81, 2. 4.

5. 1. *acer militiae*] wie Vell. I, 3, 1 *acer belli;* H. III, 43 *strenuus militiae;* s. zu I, 87, 14.

anteire agmen] s. zu I, 87, 17.

2. *noctu diuque*] Die umgekehrte Folge wie A. XV, 12 ist häufiger: die Form *diu* ist archaistisch und kommt, abgesehen vom Compositum *interdiu*, nur in Verbindung mit *noctu* vor, bei Plaut. u. Sall.

consilio] 'mit Ueberlegung' im Gegensatz zu *manu* 'mit der Faust'; vgl. Liv. II, 19, 5 *non enim duces ad regendam modo consilio rem adfuere, sed suismet ipsis corporibus dimicantes miscuere certamina.* S. zu III, 20, 6.

si res posceret] s. zu 1, 49, 13. Zum absoluten Gebrauch von *poscit* bei *res* vgl. I, 79, 18. G. 35. 44.

3. *fortuito*] τῷ τυχόντι, 'was gerade zur Hand war'.

4. *prorsus* im Sinne von *denique* 'überhaupt, kurz', wie II, 62 *prorsus, si luxuriae temperaret, avaritiam non timeres.* Bemerke an beiden Stellen den hypothetischen Conj. Impf. statt des Plpf.

Mucianum] Ueber ihn s. zu I, 10, 2.

5. *magnificentia*] 'ein Leben auf grossem Fusse', dann im Gegensatz zu *avaritia* 'nobles Auftreten, Generosität'; vgl. III, 34, 12. 38, 19.

cuncta — supergressa] s. zu c. 82, 16.

6. *aptior sermone*] 'gewandter im mündlichen Verkehr'; vgl. c. 86 *sermone promptus.*

civiles res 'politische Geschäfte'; vgl. Agr. 39 *studia fori et civilium artium decus;* A. III, 75 *studia civilia* (Beredtsamkeit, Staatswissenschaft und Jurisprudenz). M. soll als praktischer Geschäftsmann charakterisiert werden. Die Abl. *disposito provisuque* folgen der Analogie von *iure peritus* (Cic. p. Cluent. § 107).

7. *principatus temperamentum*] Beide zusammen hätten einen trefflichen Regenten abgegeben.

Iudaeae praepositus, vicinis provinciarum administrationibus invidia discordes, exitu demum Neronis positis odiis in medium consuluere, primum per amicos, dein praecipua concordiae fides Titus prava certamina communi utilitate aboleverat, natura atque arte compositus adliciendis etiam Muciani moribus. tribuni centurionesque et vulgus militum industria licentia, per virtutes per voluptates, ut cuique ingenium, adsciscebantur.

6 Antequam Titus adventaret, sacramentum Othonis acceperat uterque exercitus, pernicibus, ut adsolet, nuntiis et tarda mole civilis belli, quod longa concordia quietus Oriens tunc primum parabat. namque olim validissima inter se civium arma in Italia Galliave viribus Occidentis coepta; et Pompeio Cassio Bruto Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud

10. *exitu — Neronis*] Abl. temporis; s. zu I, 89, 3.

in medium consuluere] 'traten in gemeinsame Berathung, verständigten sich'; vgl. c. 37 *in medium consultare* (s. zu I, 68, 3). Ausserdem *in medium* noch III, 63. IV, 64. A. XIII, 15.

11. *primum—dein*] s. zu c. 98, 8. *fides* 'Bürgschaft, Garantie'. Zur Voranstellung solcher Appositionen vgl. ausser den Stellen zu c. 4, 9 noch III, 66 *specimen partium Mucianus;* A. VI, 37 *columen partium Abdagaeses.*

12. *pravus* 'verkehrt, kleinlich, unedel', wie III, 38 *aemulatione prava.*

aboleverat] 'hatte rasch (alsbald, sofort) beseitigt'. Zu dieser gar nicht seltenen Bedeutung des Plpf. in Hauptsätzen vgl. c. 25 *a lateribus cohortes, legionum adversa frons, et subito discursu terga cinxerat eques;* c. 73 *plerumque ad nomen eius* (Vespasiani) *Vitellius excitabatur; tum* (i. e. laeto nuntio allato) *ipse exercitusque ut nullo aemulo saevitia libidine raptu in externos mores proruperant;* III, 51, 5 *distulerant* etc. Verg. Aen. II, 254 ff. *et iam Argiva phalanx instructis navibus ibat a Tenedo, tacitae per amica silentia lunae litora nota petens, flammas cum regia puppis extulerat* (da hatte im Nu das königliche Flaggenschiff Feuerzeichen aufsteigen lassen); Liv. XXXII, 12 *postquam recepere se regii, verterat periculum in Romanos.* S. Draeger Synt. § 27, b.

14. *industria licentia* etc.] s. zu I, 3, 8. Ueber den Wechsel des Abl. mit *per* s. zu I, 35, 11.

15. *adsciscebantur*] i. e. conciliabantur atque in partes trahebantur, 'wurden an die Fahne gefesselt', wie c. 8 *militum quosdam ex Oriente commeantium adscivit;* III, 47 *Vitellii nomine adscitis gentibus.*

6. 1. *sacramentum*] s. zu c. 14, 1.

2. *pernicibus*] wie III, 40 steht, Verbesserung der handschriftlichen Lesart *precibus; praecipites n.* wären Boten, die Hals über Kopf einher jagten, wie II, 41 *praecipites exploratores.*

tarda mole civilis belli] Die schweren Wetter des Bürgerkriegs zogen sich nur langsam zusammen. Der Ausdruck *moles* dient nicht bloss zur Bezeichnung des massenhaften (s. zu I, 61, 9), sondern auch des schwerbeweglichen, wie A. XV, 52 *balneas et epulas inibat* (Nero) *omissis excubiis et fortunae suae mole;* c. 2 *vires intimas molemque belli ciet* im Gegensatz zu der vorausgesandten *prompta equitum manus.*

4. *arma* 'Waffenerhebung, Kämpfe', wie c. 11 *per civilia arma;* I, 60 *occasione civilium armorum.*

5. *Occidentis*] Der Schwerpunkt der Macht lag für Pompeius, für

prosperi exitus fuerant, auditique saepius in Suria Iudaeaque Caesares quam inspecti. nulla seditio legionum, tantum adversus Parthos minae vario eventu, et proximo civili bello turbatis aliis inconcussa ibi pax, dein fides erga Galbam. mox, ut Othonem ac Vitellium scelestis armis res Romanas raptum ire vulgatum est, ne penes ceteros imperii praemia, penes ipsos tantum servitii necessitas esset, fremere miles et vires suas circumspicere: septem legiones statim et cum ingentibus auxiliis Suria Iudaeaque, inde continua Aegyptus duaeque legiones, hinc Cappadocia Pontusque, et quidquid castrorum Armeniis praetenditur, Asia et ceterae provinciae nec virorum inopes et pecunia opulentae, quantum insularum mari cingitur, et parando interim bello secundum tutumque ipsum mare.

7 Non fallebat duces impetus militum, sed bellantibus aliis placuit expectari. bello civili victores victosque numquam solida fide coalescere, nec referre, Vitellium an Othonem superstitem fortuna faceret. rebus secundis etiam egregios duces insolescere: discordiam his ignaviam luxuriem, et suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum. igitur arma in occasionem distulere, Vespasianus Mucianusque nuper, ceteri olim mixtis consiliis; optimus quisque amore rei publicae, multos dulcedo praedarum stimu-

die Partei des Brutus und Cassius und für Antonius im Westen.

7. *auditi*] 'man hörte von —', wie c. 65 *audito Vitellii et Othonis principatu;* I, 30 *legionum seditio audita est aliquando;* c. 76, 11. 86, 7. Vgl. Nipperdey zu A. IV, 23.

9. *vario eventu*] 'mit wechselndem, ungleichem Erfolge'; vgl. A. XV, 27 *multa Romanis secunda, quaedam Parthis evenisse;* Caes. b. G. II, 22. Liv. XXI, 3 u. 5.

proximo] Die Empörung des Vindex und die Erhebung Galbas gegen Nero ist gemeint.

11. *rapere* 'an sich reissen'; vgl. A. IV, 1 *quo facinore dominationem raptum ierit.*

13. *circumspicere* 'überblicken, überschlagen'; ebenso c. 74 *circumspectare.*

14. *Suria Iudaeaque*] s. zu c. 4, 18.

inde — hinc] i. e. ab altera parte — ab altera. Vgl. c. 15, 8. I, 84, 19.

continuus 'unmittelbar anstossend'.

15. *duae legiones*] s. zu I, 11, 1.

16. *praetendi* 'sich hindehnen vor etwas', wie c. 14, 13.

17. *opulentus* mit dem Abl. (wie A. III, 46) nach dem Vorgange Vergils (Aen. I, 447. VIII, 475) und des Livius.

18. *secundum*] i. e. ad commeatum et ceteras copias transvehendas opportunum. Die Partikel *et* schliesst wie unser 'dazu' dieses Satzglied an die unter sich zusammengehörigen asyndetischen Satzglieder an. Ebenso c. 7 *et suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum.* S. zu I, 2, 18.

7. 2. *bello civili victores*] wie Cic. Tusc. V § 56 *victor bello civili,* für *bellorum civilium victores* (A. I, 19. Cic. p. Marc. § 12); vgl. IV, 58 *tot bellorum victores;* Liv. VI, 4 *trium bellorum victor.*

5. *hi* sind 'die jetzigen', Otho und Vitellius.

7. *nuper*] Seit Neros Ende (c. 5, 10) hatten sich Vespasian und Mucian verständigt. Ueber *olim* s. zu I, 60, 3. Statt des in der Verbindung mit *consilia* gewöhnlichen *communicare* kommt bei Tac. *mi-*

labat, alios ambiguae domi res. ita boni malique causis diversis, studio pari bellum omnes cupiebant.

8 Sub idem tempus Achaia atque Asia falso exterritae, velut Nero adventaret, vario super exitu eius rumore eoque pluribus vivere eum fingentibus credentibusque. ceterorum casus conatusque in contextu operis dicemus: tunc servus e Ponto sive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia citharae et cantus peritus, unde illi super similitudinem oris pronior ad fallendum fides, adiunctis desertoribus, quos inopia vagos ingentibus promissis corruperat, mare ingreditur; ac vi tempestatum Cythnum insulam detrusus et militum quosdam ex Oriente commeantium adscivit vel abnuentes interfici iussit et spoliatis negotiatoribus mancipiorum valentissimum quemque armavit. centurionemque Sisennam dextras, concordiae insignia, Suriaci exercitus nomine ad praetorianos ferentem variis artibus adgressus est, donec Sisenna clam relicta insula trepidus et vim metuens aufugeret. inde late terror; multi ad celebritatem

scere (A. XV, 68. Agr. 38) oder *sociare* (H. II, 74, 5) vor.

9. *ambiguae domi res*] 'misliche (bedrängte) häusliche Lage', was III, 65 durch *adfecta fides*, von Cic. p. Sest. § 97 durch *malis domesticis impediti* bezeichnet wird. Neben dem Adjectiv *ambiguae* ist *domi* der Adjectivform *domesticae* vorgezogen, wie A. III, 70 *egregium publicum et bonas domi artes*, woselbst *domi* als Gegensatz zu *publice* im Sinne von *privatim* 'persönlich' steht, wie auch an u. St. die Beziehung auf *amore rei publicae* unverkennbar ist.

8. 1. *velut*] in dem Sinne, welchen Tac. gewöhnlich durch *tamquam* (s. zu I, 8, 9) ausdrückt, wie A. IV, 67 *eaque spreta ab illis, velut pararent, obiciebantur*.

2. *super*] statt *de* bei einem Gegenstande des denkens und der Rede, wie IV, 40 *consulendum tali super re principem respondit;* A. XI, 23 *multus ea super re variusque rumor*.

3. *fingentibus credentibusque*] Dieselbe Wendung I, 51, 24. A. V, 10, 8.

ceterorum] So trat bei den Parthern 20 J. nach Neros Tode ein Pseudo-Nero auf, nachdem schon unter Titus ein Betrüger aus der Provinz Asia sich für den Kaiser ausgegeben hatte.

4. *e Ponto*] Entweder ist hier wie c. 6, 15 darunter der westliche Theil des alten pontischen Reiches an der Südküste des Pontus Euxinus, welcher nach dem Tode des Mithridates i. J. 63 v. Chr. zur Provinz Bithynia geschlagen wurde, zu verstehen, oder das Fürstenthum der Polemonen (westlich von Trapezunt), welches im J. 63 n. Chr. von Nero unter dem Namen Pontus Polemoniacus zu einer eigenen Provinz gemacht wurde. Vgl. Suet. Ner. 18.

6. *fides* 'die Beglaubigung'.

8. *Cythnus*, j. Thermia, eine der westlichen Cycladen südlich von Keos. Ueber den Acc. loci statt *in insulam Cythnum*, wie c. 15, 9 *Antipolim Narbonensis Galliae municipium*, s. zu III, 43, 13.

9. *commeare* 'auf Urlaub gehen'. *adscivit*] s. zu c. 5, 15.

11. *dextras*] s. zu I, 54, 1.

13. *donec*] s. zu I, 9, 5.

15. *erecti*] sc. sunt, 'sie wurden aus ihrer Ruhe aufgeregt, geriethen in Aufregung', was sodann durch die Ablative näher bestimmt wird. Vgl. III, 59 *erectus Samnis Paelignusque et Marsi aemulatione*.

nominis erecti rerum novarum cupidine et odio praesentium. gliscentem in dies famam fors discussit.

9 Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. datae e classe Misenensi duae triremes ad prosequendum, cum quibus Cythnum insulam tenuit; nec defuere, qui trierarchos nomine Neronis accirent. is in maestitiam compositus et fidem suorum quondam militum invocans, ut eum in Suria aut Aegypto sisterent, orabat. trierarchi, nutantes seu dolo, adloquendos sibi milites et paratis omnium animis reversuros firmaverunt. sed Asprenati cuncta ex fide nuntiata; cuius cohortatione expugnata navis et interfectus, quisquis ille erat. caput insigne oculis comaque et torvitate vultus in Asiam atque inde Romam pervectum est.

10 In civitate discordi et ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incerta parvae quoque res magnis motibus agebantur. Vibius Crispus, pecunia potentia ingenio inter claros magis quam inter bonos, Annium Faustum equestris ordinis, qui

gliscere 'um sich greifen, überhandnehmen', ein Lieblingswort von Sall. und Tac., das in den Hist. ausser u. St. noch c. 83, 3. IV, 25, 16. 43, 13 vorkommt, verdrängt in den Ann., wo es nach Wölfflins Beobachtung neunzehnmal wiederkehrt, das gewöhnliche *crescere* vollständig; dies findet sich nur noch Dial. 37. H. I, 33. IV, 70.

16. *discussit*] 'löste in nichts auf'.

9. 1. *Galatia ac Pamphylia*] Pamphylien wurde, nachdem es seit der vollständigen Unterwerfung Ciliciens (67 und 66 v. Chr.) einen Theil dieser Provinz gebildet hatte, i. J. 25 v. Chr. eine eigene Provinz, worauf es 43 n. Chr. durch das von Claudius zur Provinz gemachte Lycien vergrössert wurde. Unter Galba wurde die Verwaltung von Pamphylien zugleich dem kaiserlichen Statthalter von Galatia übertragen. Seit Vespasian bildete Pamphylien und Lycien eine vereinigte, Anfangs kaiserliche, seit Trajan (103 n. Chr.) senatorische Provinz.

3. *tenuit*] 'einlief, vor Anker ging', wie Agr. 38 *classis Trutulensem portum tenuit.*

4. *in maestitiam compositus*] 'mit angenommener Betrübnis, mit der Miene tiefen Grames'.

5. *ut eum — sisterent*] Der strengere klassische Sprachgebrauch hätte *se* oder *ipsum* verlangt. Ebenso c. 64 *quod uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset;* A. IV, 67 *quamquam edicto monuisset, ne quis quietem eius inrumperet.* S. Draeger Synt. § 15. Die Präp. *in* mit dem Abl. wie A. II, 14 nach dem Vorgange Vergils und Ovids.

6. *nutantes seu dolo*] Ueber den Wechsel zwischen Part. und Abl. s. zu I, 28, 1; *seu* statt *seu — seu*, wie A. I, 6 *ficta seu vera promeret;* VI, 12 *una seu plures fuere.*

7. *firmaverunt*] statt des Comp. *adfirmarunt*, wie A. I, 81. VI, 6. 28. 50.

8. *ex fide*] 'getreulich'.

10. *oculis*] sc. *caesiis et hebetioribus* (Suet. Ner. 51).

10. 2. *licentia* 'Schrankenlosigkeit'.

3. *agebantur*] 'gingen vor sich'.

Vibius Crispus aus Vercelli, ein namhafter Redner und gefürchteter Ankläger *(delator)*, cons. suff. unter Nero, unter Vespasian Proconsul von Africa, starb hochbetagt gegen Ende des ersten Jahrhunderts.

inter claros magis quam inter bonos] erinnert im Ausdruck an Sall. Iug. 8 *clari magis quam honesti,*

temporibus Neronis delationem factitaverat, ad cognitionem senatus vocabat; nam recenti Galbae principatu censuerant patres, ut accusatorum causae noscerentur. id senatus consultum varie iactatum et, prout potens vel inops reus inciderat, infirmum aut validum, retinebatur adhuc terrori. set propria vi Crispus incubuerat delatorem fratris sui pervertere traxeratque magnam senatus partem, ut indefensum et inauditum dedi ad exitium postularent. contra apud alios nihil aeque reo proderat quam nimia potentia accusatoris: dari tempus, edi crimina, quamvis invisum ac nocentem

Liv. VIII, 27 *clari magis inter populares quam honesti.*

5. *delationem factitare*, wie Cic. Brut. § 130 *accusationem factitare*, 'ein Handwerk aus dem anklagen machen'.

6. *recenti Galbae principatu*] ähnlich wie *novo principatu* (vgl. c. 64. V, 10. A. I, 6. XIII, 1), nur dass durch *recenti* bezeichnet wird, dass Galbas Regierung damals erst seit kurzem bestanden habe. Jener Senatsbeschluss fiel also in die erste Zeit der neuen Aera. Zum temporalen Abl. vgl. IV, 1 *recentibus odiis;* A. II, 84 *recenti maestitia;* IV, 8 *recenti dolore;* c. 15 *recenti memoria.* In Bezug auf Nipperdeys Emendation des handschr. *recens* s. zu I, 77, 13.

ut] wie IV, 9, 8. 40, 5. Cic. p. Sest. § 74. S. zu I, 39, 4.

7. *accusatorum causae*] vgl. IV, 42 *elanguimus, patres conscripti, nec iam ille senatus sumus, qui occiso Nerone delatores et ministros more maiorum puniendos flagitabat.*

varie iactatum] bald gehandhabt, bald bei Seite geschoben.

8. *vel — aut*] willkührlicher Wechsel aus Abneigung gegen die Concinnität, wie c. 68, 4. Ebenso *aut — vel* c. 1, 2. A. I, 13. 59.

inciderat] tamquam in *laqueos legum et iudiciorum* (Cic. p. Cluent. § 150).

infirmus 'unwirksam', wie Cic. p. Sest. § 40 *infirmari* 'ausser Kraft gesetzt werden'.

9. *retinebatur adhuc terrori. set*] Vermuthung für die sinnlose Lesart des Med. *retinebat ad hunc terroris et.* Der Senatsbeschluss wurde noch beibehalten zur Einschüchterung der Delatoren, d. h. er war noch nicht aufgehoben worden. Unter Domitian freilich sollte er bald ganz ausser Wirksamkeit kommen. Zur Bedeutung von *retineri* = *non omitti* vgl. A. III, 52 *quod ... retentum ignominiam et infamiam virorum inlustrium posceret.* Ueber den Dat. *terrori* vgl. Draeger Synt. § 52, c. Vielleicht schrieb jedoch Tac. *retinebatur ad vana terroris. set propria vi* etc. Vgl. A. IV, 59 *vana rumoris;* s. zu I, 10, 14.

propria vi Crispus incubuerat] d. i. Cr. hatte mit persönlicher Anstrengung, dem vollen Gewicht seiner Persönlichkeit alles aufgeboten, im Gegensatz zu der *communis vis senatus consulti. Incumbere* mit d. Inf. nach Vergils Vorgang (georg. IV, 248).

10. *fratris sui*] des Vibius Secundus, der eine der beiden Provinzen Mauretania als procurator verwaltet hatte und unter Nero i. J. 60 n. Chr. von den Mauren wegen Erpressungen belangt, mit der Relegation bestraft worden war (A. XIV, 28). Späterhin gegen das Ende von Neros Regierung hin muss er von Annius Faustus des Majestätsverbrechens geziehen worden sein.

11. *indefensum et inauditum*] s. zu I, 6, 5.

12. *quam*] nach *aeque* (wie IV, 54, 7) ist unklassisch für *ac* (wie IV, 5, 11). S. Draeger Synt. § 176.

13. *dari*] für *ut daretur*, wie A. I, 74 *tulit* (sententiam) *absolvi reum criminibus maiestatis;* Liv. II, 5 *bona regis reddi censuerunt.* Vgl. Nipperdey zu A. I, 74. Ueber den Wechsel zwischen Inf. und Ger. s. zu I, 39, 4.

nocens 'schuldhaft, strafbar', wie

more tamen audiendum censebant. et valuere primo, dilataque in paucos dies cognitio; mox damnatus est Faustus, nequaquam eo adsensu civitatis, quem pessimis moribus meruerat: quippe ipsum Crispum easdem accusationes cum praemio exercuisse meminerant, nec poena criminis sed ultor displicebat.

11 Laeta interim Othoni principia belli, motis ad imperium eius e Delmatia Pannoniaque exercitibus. fuere quattuor legiones, e quibus bina milia praemissa; ipsae modicis intervallis sequebantur, septuma a Galba conscripta, veteranae undecuma ac tertia decuma et praecipui fama quartadecumani rebellione Britanniae compressa. addiderat gloriam Nero eligendo ut potissimos, unde longa illis erga Neronem fides et erecta in Othonem studia. sed quo plus virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat. agmen legionum alae cohortesque praeveniebant. et ex ipsa urbe haud spernenda manus, quinque praetoriae cohortes et equitum vexilla cum legione prima,

IV, 10, 3. Cic. de off. II § 51. p. Sest. § 97. acc. in Verr. IV § 6.

16. *mores* 'Aufführung, Betragen', wie I, 48, 5. III, 72. IV, 7. 42.

ipsum 'gerade'.

18. *ultor* 'der Verfolger'.

11. 3. *bina milia*] Von jeder Legion zog ein 2000 Mann starkes Vexillum (s. zu I, 31, 16) voraus; vgl. A. XV, 10 *expediri tamen itineri singula milia ex tribus legionibus ... iussit.* So belief sich die Stärke der von den 3 britannischen Legionen detachierten Abtheilungen nach c. 57 und III, 22 auf 8000 Mann im ganzen.

4. *septuma a Galba conscripta*] Der Zusatz soll diese Legion von der *septuma Claudia* unterscheiden. S. zu I, 6, 8.

undecuma] mit dem Beinamen *Claudia*, stand in Dalmatien.

tertia decuma] *Gemina* zubenannt, war in Pannonien garnisoniert.

5. *quartadecumani*] Diese damals in Dalmatien stehende Legion führte den Beinamen *Gemina Martia Victrix.* Sie hatte zur Zeit des Germanicus ihre Standquartiere in Obergermanien, war dann unter Claudius nach Britannien geschickt worden, wo sie unter dem Commando des Suetonius Paulinus i. J. 61 n. Chr. bei der Unterdrückung des grossen Aufstandes sich auszeichnete (V, 16 *domitores Britanniae*), und war von Nero zur Theilnahme an dem projectierten Feldzuge gegen die kaukasischen Albaner ausersehen (I, 6. II, 27. 66). Auf dem Marsche nach dem Orient war sie zur Zeit von Neros Sturze bis Dalmatien gekommen, wo sie nunmehr vor der Hand verblieb, bis ein Detachement (s. zu c. 43, 9) an dem Kampfe für Otho gegen Vitellius Theil nahm. Andere nehmen an, die Legion sei von Nero zur Bekämpfung des Vindex nach Italien entboten und von Galba nach seiner Thronbesteigung von dort nach Dalmatien weggeschickt worden.

rebellione Britanniae] s. A. XIV, 29 ff. Agr. 15 ff.

7. *erecta studia* 'lebhafte Zuneigung'.

quo plus — tarditas inerat] s. zu I, 14, 14. Zur Auslassung der 3. P. Impf. von *esse* im ersten Gliede solcher Vergleichungssätze mit *quo — eo* oder *quanto — tanto* vgl. I, 14 *ea pars morum eius, quo suspectior sollicitis, adoptanti placebat.* II, 71, 8. A. I, 34, 1. In beiden Gliedern fehlt *erat* H. III, 58. 6. A. II, 5. 4. VI, 17, 10.

9. *et*] 'dazu kam'; s. zu I, 2, 18.

10. *equitum vexilla*] sc. praetorianorum. Ueber *vexillum* in diesem Sinne s. zu I, 70, 13.

legio prima] s. zu I, 6, 9. An unserer Stelle wird die legio clas-

ac deforme insuper auxilium, duo milia gladiatorum, sed per civilia arma etiam severis ducibus usurpatum. his copiis rector additus Annius Gallus, cum Vestricio Spurinna ad occupandas Padi ripas praemissus, quoniam prima consiliorum frustra ceciderant, transgresso iam Alpes Caecina, quem sisti intra Gallias posse speraverat. ipsum Othonem comitabantur speculatorum lecta corpora cum ceteris praetoriis cohortibus, veterani e praetorio, classicorum ingens numerus. nec illi segne aut corruptum luxu iter, sed lorica ferrea usus [est] et ante signa pedes ire, horridus incomptus famaeque dissimilis.

Blandiebatur coeptis fortuna, possessa per mare et naves ma- 12

sica zuerst *prima* genannt, welche Nummer ihr demnach von Otho gegeben scheint, darauf nach den ersten Gefechten (II, 43) mit dem Beinamen *Adiutrix*.

12. *severis ducibus*] wie D. Brutus vor Mutina. Ueber den Dat. der Person beim Part. Pf. Pass. s. Draeger Synt. § 51.

additus] sc. est 'ward bestellt'; s. zu I, 43, 2. Ueber die Auslassung von *est* s. zu I, 43, 11. Vgl. besonders die sowol wegen der Auslassung der Copula als auch in Betreff des durch Anschiebung mehrerer von einander abhängiger Nebensätze eigenthümlichen Satzbaues sehr ähnliche Stelle IV, 12, 9 ff.

13. *Annius Gallus*] s. zu I, 87, 13. *Vestricius Spurinna* zeichnete sich in diesem Kriege durch die muthvolle Vertheidigung der Feste Placentia am Po aus; unter Trajan machte er sich durch einen glücklichen Zug ins Land der Bructerer zwischen Ems und Lippe und durch die Wiedereinsetzung des vertriebenen Landesfürsten einen Namen (Plin. ep. II, 7).

14. *prima consiliorum*] Ueber die ersten kriegerischen Massnahmen s. I, 87.

frustra cadere 'fehl schlagen'.

transgresso iam Alpes Caecina] s. I, 70. 89.

15. *speraverat*] nämlich Otho, dessen erste Pläne vorher als mislungen bezeichnet werden. Es folgt auch unmittelbar darauf *ipsum Othonem comitabantur* etc. S. zu I, 20, 3.

16. *speculatorum*] s. zu I, 24, 8.

ceteris] also fünf. Der strengere Sprachgebrauch hätte *reliquis* verlangt, da hier vom Reste der Prätorianergarde die Rede ist.

17. *veterani e praetorio*] die ausgedienten Prätorianer, welche nach sechzehnjähriger Dienstzeit in der Cohorte zu einem besondern Corps formiert, den Namen *vexillarii* (c. 18, 3) führten.

classicorum] Seesoldaten, die in Manipeln und Cohorten eingetheilt, aber zu keiner Legion formiert waren; s. zu I, 87, 5.

18. *segne aut corruptum luxu iter* 'ein saumseliger oder durch üppiges Leben geschändeter Marsch'.

ferrea] Gegensatz zu *lintea*.

19. *pedes*] mit dem Part. *usus* coordiniert. Zu *pedes ire* vgl. Agr. 35 (Agricola) *pedes ante vexilla constitit;* Liv. XXVIII, 9 *pedes incedat*. Zum Inf. hist. vgl. oben c. 5 *Vespasianus acer militiae anteire agmen* und den wie hier isolierten Inf. *miscere* c. 23, 20; *fatigari* I, 46, 14; *instigare* c. 52, 14; *cadere* III, 31, 3; *incedere* c. 50, 2. Für Madvigs Verbesserung hat der Med. *pedestre,* wie c. 28, 1 *ire virorum* statt *Trevirorum*. — *Horridus* 'von rauhem (ungefälligem) Aussehen'.

12. 1. *blandiebatur*] 'hold lächelte zu'.

mare et naves] ein Lieblingsausdruck des Livius (s. Fabri zu XXI, 32, 2). Gemeint sind die Flotten von Misenum und Ravenna. Mit

iore Italiae parte penitus usque ad initium maritimarum Alpium, quibus temptandis adgrediendaeque provinciae Narbonensi Suedium Clementem, Antonium Novellum, Aemilium Pacensem duces dederat. sed Pacensis per licentiam militum vinctus, Antonio Novello nulla auctoritas: Suedius Clemens ambitioso imperio regebat, ut adversus modestiam disciplinae corruptus, ita proeliorum avidus. non Italia adiri nec loca sedesque patriae videbantur: tamquam externa litora et urbes hostium urere vastare rapere eo atrocius, quod nihil usquam provisum adversum metus. pleni agri, apertae domus; occursantes domini iuxta coniuges et liberos securitate pacis et belli malo circumveniebantur. maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. is concita gente (nec deest iuven-

ihrer Hilfe konnte man an jedem bedrohten Punkte der langgestreckten Küste Truppen ans Land setzen.

4. *Pacensem*] s. zu III, 73, 10.

duces dederat] s. I, 87.

6. *ambitioso imperio*] wie I, 83, 3. Clemens haschte bei Handhabung des Regiments nach Popularität. Daher war er in seiner Stellung zur Mannszucht d. h. hinsichtlich der Aufrechterhaltung der Mannszucht ohne festen Halt und steuerte nicht dem Geiste der Insubordination. Zu dieser Bedeutung von *adversus* ('hinsichtlich') in der Verbindung mit einem Adj. oder Part. oder Abl. qual. vgl. G. 46 *securi adversus homines, securi adversus deos,* H. III, 69 *miles adversus pericula ferox,* G. 23 *adversus sitim non eadem temperantia.* Der Sinn von *corruptus* ergibt sich aus dem Gegentheil I, 35 *adversus blandientes incorruptus.* Ueber *modestia* in militärischer Beziehung s. zu I, 52, 10.

8. *tamquam*] Ueber die Auslassung der Adversativpartikel s. zu I, 83, 13.

9. *vastare*] wie I, 61, 3.

rapere] im Anschluss an *urere* und *vastare* statt des Comp. *diripere* nach dem Vorgange von Verg. (Aen. II, 374 *alii rapiunt incensa feruntque Pergama*) und Lucan (I, 484). Vgl. A. XIII, 6 *rapi Armeniam adlatum est;* IV, 23 *adhuc raptabat Africam Tacfarinas;* XII, 54 *raptare inter se;* H. I, 51 *raptus penatium.*

10. *nihil usquam provisum*] 'nirgends Vorkehrungen getroffen waren'.

metus 'Schrecknisse, Veranlassungen zur Furcht' wie IV, 5, 13.

pleni agri] armentorum, pecorum, denique rusticorum et servorum in agris colendis aut conserendis occupatorum; cf. c. 56 *refertos agros, dites dominos in praedam ... destinabant.*

11. *dominus* 'Eigenthümer', hier 'Grundbesitzer' wie c. 56, 6. A. III, 54.

securitate pacis] 'im Gefühl der Sicherheit des Friedens' d. h. während sie in der Sorglosigkeit des Friedens lebten. Zum Abl. modi mit einem Gen. vgl. I, 23 *paratu facinoris;* c. 65 *Galba reditus Lugdunensium occasione irae in fiscum verterat.* Ohne Gen. steht er II, 7 *suismet vitiis alterum bello, alterum victoria periturum.* S. Nipperdey zu A. IV, 51. Draeger Synt. § 60. Nun ist hier der Abl. modi mit dem Abl. instr. *belli malo* durch Einsetzung der Partikel *et* coordiniert, wie mit dem Abl. causae IV, 45 *Manlius Patruitus senator pulsatum se in colonia Seniensi coetu multitudinis et iussu magistratuum querebatur*, und der Abl. temporis mit dem Abl. instr. A. I, 55 *quod* (bellum) *initio veris et repentino in Chattos excursu praecepit.* Vgl. Nipperdey zu d. St.

13. *procurator*] Die Provinz der Seealpen, von Augustus 14 v. Chr. eingerichtet, wurde als kleinere

tus) arcere provinciae finibus Othonianos intendit, sed primo impetu caesi disiectique montani, ut quibus temere collectis, non castra, non ducem noscitantibus neque in victoria decus esset neque in fuga flagitium.

13 Irritatus eo proelio Othonis miles vertit iras in municipium Albintimilium. quippe in acie nihil praedae, inopes agrestes et vilia arma, nec capi poterant, pernix genus et gnari locorum; sed calamitatibus insontium expleta avaritia. auxit invidiam praeclaro exemplo femina Ligus, quae filio abdito, cum simul pecuniam occultari milites credidissent eoque per cruciatus interrogarent, ubi filium occuleret, uterum ostendens latere respondit nec ullis deinde terroribus aut morte constantiam vocis egregiae mutavit.

14 Imminere provinciae Narbonensi in verba Vitellii adactae classem Othonis trepidi nuntii Fabio Valenti attulere; aderant legati coloniarum auxilium orantes. duas Tungrorum cohortes, quattuor

Senatsprovinz von einem Procurator verwaltet; s. zu I, 2, 16.

14. *intendit*] mit dem Inf., wie c. 22, 14. Agr. 18.

15. *caesi*] i. e. profligati (wie c. 24, 3. 54, 4. I, 87, 4. IV, 12, 2) etwa unserem 'in die Pfanne gehauen' zu vergleichen.

castra 'Felddienst'.

13. 1. *vertit iras*] 'liess seinen Grimm aus'. Vgl. A. I, 43 '*iras civiles in exitium hostium vertant.* Der Plur. des Abstr. der Gemüthsbewegung wie IV, 72, 10. A. I, 43. 55. II, 13. S. Draeger Synt. § 2, 2.

2. *Albintimilium*, eigentlich Albium Intemelium (Ἄλβιον Ἰντεμήλιον bei Strabo genannt) j. Ventimiglia in Ligurien.

3. *capi*] um als Sklaven verkauft zu werden.

pernix genus 'ein behender Menschenschlag'.

4. *insontium*] Tac. hat hierbei die Ermordung der Mutter seines Schwiegervaters Agricola vor Augen gehabt. Vgl. Agr. 7 *nam classis Othoniana licenter vaga, dum Intemelios (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat.*

auxit invidiam] 'es erhöhte den gehässigen Eindruck', den diese Aufführung des Schiffsvolkes auf die ligurische Bevölkerung machte. Vgl. zu III, 32, 9.

6. *credidissent*] wie A. IV, 23 *crediderant*, Hor. od. III, 5, 1. ep. I, 2, 5. 18, 65. Vgl. das griech. πέποιθα 'ich habe Vertrauen gewonnen, vertraue'.

eo] s. zu I, 13, 13.

7. *latere*] Das Wo ergibt sich für den kundigen Leser des Tac. aus dem vorhergehenden von selbst.

14. 1. *in verba Vitellii adactae*] wie A. I, 34 *in verba eius* (Tiberii) *adegit;* H. II, 73. III, 43. IV, 21. 59. 61. 70 (den Huldigungseid schwören lassen). Das entsprechende Immediativum ist *in verba alicuius iurare* (A. I, 7. H. I, 16. IV, 57) = *sacramentum alicuius accipere* (II, 6. IV, 21). Name und Sache ist der Vereidigung der Soldaten durch den Feldherrn entlehnt, wobei sie das Gelöbnis des Gehorsams ablegen mussten. Vgl. *sacramentum in nomen Tiberii* A. I, 8.

2. *aderant*] 'es erschienen, fanden sich ein'.

3. *coloniarum*] Dazu gehörten Aquae Sextiae (Aix), Narbo Martius (Narbonne), Forum Iulii (Fréjus), Arelate, Baeterrae (Beziers), Arausio (Orange), Valentia (Valence), Vienna (Vienne).

Tungrorum] im Bisthum Lüttich; daher der Name der Stadt Ton-

equitum turmas, universam Treverorum alam cum Iulio Classico praefecto misit, e quibus pars in colonia Foroiuliensi retenta, ne omnibus copiis in terrestre iter versis vacuo mari classis adceleraret. duodecim equitum turmae et lecti e cohortibus adversus hostem iere, quibus adiuncta Ligurum cohors, vetus loci auxilium, et quingenti Pannonii nondum sub signis. nec mora proelio: et acies ita instructa, ut pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exsurgeret, quantum inter colles ac litus aequi loci, praetorianus miles expleret, in ipso mari ut adnexa clas-

gern; *fons Tungrorum* ist der Badeort Spaa.

4. *Treverorum alam*] Dies Reitercorps gehörte zu den von den Römern ausgehobenen und durch römische Instructoren ausgebildeten Truppen der Bundesgenossen, welche zum stehenden Heere gehörten. Ueber *Iulius Classicus* s. IV, 55. 57 ff.

5. *colonia Foroiuliensis*, j. Fréjus.

retenta] Zur Auslassung von *est* beim Part. Pf. Pass. im Relativsatze vgl. A. III, 76 *quod civiliter acceptum*.

6. *in terrestre iter*] 'landeinwärts'.

vacuus eigtl. 'unbesetzt, herrenlos' (Cic. de off. I § 21 *qui quondam in vacua venerunt;* Ov. her. XX, 131 *elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter: si nescis, dominum res habet ista suum)*, daher von einem Orte gesagt, wo jedermann frei schalten und walten kann. Uebers. 'schutzlos, von Schutz entblösst'; vgl. III, 2 *vacuum Illyricum mare;* c. 47 *classi quoque faces intulit* (Anicetus) *vacuo mari eludens*; Sall. Cat. 52 *eo fit, ut impetus fiat in vacuam rem publicam;* Liv. XXIII, 2 *per caedem senatus vacuam rem publicam tradere.*

8. *Ligurum cohors*] eine eigene Miliztruppe der Provinzialen, welche zur Handhabung der Landespolizei diente.

vetus loci] 'mit dem Terrain vertraut'; vgl. A. VI, 12 *scientiae caerimoniarumque vetus;* H. IV, 20 *veteres militiae;* c. 76 *veterem expertumque belli.*

9. *Pannonii nondum sub signis*] sc. ὄντες. Es sind Rekruten aus Pannonien, die noch vor der Schilderhebung des Vitellius ausgehoben, auf dem Marsche nach den in Germanien befindlichen Standquartieren pannonischer Hilfsvölker waren und vor der Einreihung unter die Fahnen unter einem *vexillum* standen, wie das *vexillum tironum* A. II, 78.

nec mora proelio: et acies] vgl. c. 41 *disposita Vitellianarum legionum acies sine trepidatione.* Die Verknüpfung beider Sätze ist die nämliche, wie A. IV, 70 *nec mora, quin decerneretur: et trahebatur damnatus* etc. XV, 25 *nec dubitatum de bello: et Corbulo* etc. Ueber den stehenden Ausfall der Copula bei der Wendung *nec mora* s. zu I, 59, 11.

10. *classicorum*] s. zu I, 87, 5.

mixtis] i. e. cum classicis. S. zu III, 69, 14.

pagani wie IV, 20, 8 'das Landvolk', welches die Othonianer nach der Niederwerfung der Provinz Alpes maritimae in ihre Reihen einzutreten gezwungen hatten, um die schwache Zahl der Landungstruppen zu verstärken.

in bei *exsurgere*, wie IV, 23, 1.

11. *colles mari propinquos*] zwischen Ventimiglia und Fréjus.

exsurgeret] insofern die hinteren Glieder sich über die vorderen erhoben.

12. *praetorianus miles*] vgl. I, 87 *plerosque e praetorianis.* Da es II, 11 heisst, dass fünf Cohorten unter Spurinna an den Po vorausgesandt und die übrigen mit dem Hauptquartiere Othos nachgerückt seien, so sind hier wohl *delecti e praetorianis*, d. h. ein aus Abtheilungen verschiedener Cohorten combiniertes Detachement gemeint.

ut adnexa] 'als wie im Anschluss

sis et pugnae parata conversa et minaci fronte praetenderetur: Vitelliani, quibus minor peditum vis, in equite robur, Alpinos proximis iugis, cohortes densis ordinibus post equitem locant. Treverorum turmae obtulere se hosti incaute, cum exciperet contra veteranus miles, simul a latere saxis urgueret apta ad iaciendum etiam paganorum manus, qui sparsi inter milites, strenui ignavique, in victoria idem audebant. additus perculsis terror invecta in terga pugnantium classe. ita undique clausi, deletaeque omnes copiae forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis, obtentui fugientibus.

15 Nec Vitelliani quamquam victi quievere: accitis auxiliis securum hostem ac successu rerum socordius agentem invadunt. caesi vigiles, perrupta castra, trepidatum apud navis, donec sidente paulatim metu, occupato iuxta colle defensi, mox inrupere. atrox ibi caedes et Tungrarum cohortium praefecti sustentata diu acie telis obruuntur. ne Othonianis quidem incruenta victoria fuit, quorum inprovide secutos conversi equites circumvenerunt. ac velut pactis induciis, ne hinc classis, inde eques subitam formidinem in-

daran' d. h. an die auf dem Küstensaume aufgestellten Prätorianer.

13. *conversa — fronte*] 'in umgekehrter Frontstellung', indem sonst die *prorae navium* nach der Meeresseite hin gekehrt waren.

praetenderetur] nämlich vor der Küste.

14. *Alpinos*] im Streben nach Abwechselung des Ausdrucks für *Ligurum cohors*. Die Seealpen laufen in Ligurien bis in die Nähe von Genua aus (Strab. IV, 6, 1).

15. *cohortes*] genauer *lectos e cohortibus Tungrorum et quingentos Pannonios*.

16. *contra* 'von vorn'.

18. *strenui ignavique*] 'beherzte wie feige', ist Apposition zu *qui sparsi*.

19. *idem audebant*] 'gleichen Muth bewiesen'.

21. *obscurum noctis*] 'das Dunkel der Nacht' (vgl. IV, 50, 3) nach Vergils Vorgang (georg. I, 478). Ueber diese ziemlich weit ausgedehnte Analogie von *reliquum noctis* (Liv. II, 64) s. Nägelsbach lat. Stil. § 23, a.

obtentui fugientibus] i. e. *quod obtentui f. erat*, steht epexegetisch zum Satze mit *ni*. Dass die Sieger durch das nächtliche Dunkel aufgehalten wurden, diente zur Deckung des eiligen Rückzugs, indem die Schatten der Nacht sich wie eine Decke hinter den fliehenden und vor den Verfolgern ausbreiteten. S. zu I, 49, 14. Zur Grundbedeutung von *obtentus* vgl. Verg. Aen. XI, 66 *exstructosque toros obtentu frondis inumbrant*.

15. 1. *quamquam*] s. zu I, 43, 4.

accitis] ex colonia Foroiuliensi (c. 14, 5).

3. *perrupta castra*] uneigentlich für *perruptum vallum,* wie auch IV, 34. 77.

sidente] tamquam fluctu, das Simplex für das Comp. *residente*.

6. *ne — quidem*] 'auch nicht' im Anfang des Satzes, wie c. 44. 68. 76. I, 59. III, 12. Ueber diese oft verkannte Bedeutung vgl. Halm zu Cic. divin. in Caec. § 60.

quorum] Gen. part. beim Part. in fast ungebührlich erweiterter Analogie, wie Agr. 11 *Britannorum victis*. S. zu III, 12, 9.

7. *circumvenerunt*] 'umgarnten, überwältigten', wie c. 43. A. I, 65. 69. Das Bild ist von der Jagd entlehnt, wenn das Wild rings umgarnt ist und keinen Ausweg zur Flucht mehr hat.

ferrent, Vitelliani retro Antipolim Narbonensis Galliae municipium, Othoniani Albigaunum interioris Liguriae revertere.

16 Corsicam ac Sardiniam ceterasque proximi maris insulas fama victricis classis in partibus Othonis tenuit; sed Corsicam prope adflixit Decumi Pacarii procuratoris temeritas, tanta mole belli nihil in summam profectura, ipsi exitiosa. namque Othonis odio iuvare Vitellium Corsorum viribus statuit, inani auxilio, etiam si provenisset. vocatis principibus insulae consilium aperit et contra dicere ausos, Claudium Pyrrhicum trierarchum Liburnicarum ibi navium, Quintium Certum equitem Romanum, interfici iubet; quorum morte exterriti, qui aderant, simul ignara et alieni metus socia imperito-

9. *Antipolis*, j. Antibes, eine Colonie von Massilia.

10. *Albigaunum* (Ἀλβιγγαῦνον), j. Albenga.

interioris Liguriae] 'mehr nach Ligurien hinein'. Nach griechischer Weise ist der Gen. des Bereiches unmittelbar mit dem Ortsnamen verbunden. Ebenso A. II, 63 *dato rege Vannio gentis Quadorum;* V, 10 *Piraeum Atticae orae;* Caes. b. G. I, 10 *in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo pervenit.* Vgl. Krüger gr. Spr. § 47, 5. A. 5.

16. 2. *Corsicam prope adflixit*] 'hätte fast grosses Unglück über Corsica gebracht'; vgl. c. 33 *is primus dies Othonianas partes adflixit.*

3. *procuratoris*] Seit Nero gehörte die bis dahin kaiserliche Provinz Sardinia et Corsica zu den Senatsprovinzen. S. zu c. 12, 13.

tanta mole belli] 'bei den gewaltigen Dimensionen des Krieges', der Sache nach s. v. a. 'bei so gewaltigen Streitmassen'. Vgl. ausser der Anm. zu I, 61, 9 noch III, 1 *velut alterius belli molem cieret.*

nihil in summam profectura] nach Freinsheims leichter Verbesserung der Lesart des Med. *profutura,* 'die im grossen und ganzen nichts ausrichten sollte', eigentlich 'darnach angethan war u. s. w.' Vgl. A. XIII, 38 *nihil in summam pacis proficiebatur;* Cic. ad Att. VII, 13 *ad summam profectum aliquid puto;* Liv. XXXI, 37 *in summam etiam belli profectum foret.*

5. *etiam si provenisset*] 'selbst wenn sie (die Hilfeleistung) zu Stande gekommen wäre'; vgl. III, 41 *non ignavum et, si provenisset, atrox consilium iniit;* IV, 18 *si destinata provenissent;* c. 34 *tamquam . . . suis victoria provenisset.* Der Tropus ist vom hervorkommen der Feldfrüchte entlehnt.

6. *contra dicere* absolut, wie Cic. ad Att. I, 17, 9 *unus contra dixerat.*

7. *Claudium — Quintium*] Ueber das Asyndeton der Personennamen mit einer Apposition s. zu I, 13, 1.

Liburnicarum] Die Liburnen, nach dem Muster der illyrischen Piratenklipper gebaute Schnellsegler, waren erst seit der Schlacht bei Actium in die römische Marine eingeführt. Sie waren von langer und schmaler Bauart und liefen vorn und hinten spitz zu; der Mast stand in der Mitte des Schiffes und führte ein levantisches Segel statt des gewöhnlichen viereckigen lateinischen.

ibi] In Folge der Stellung vertritt das Adverb ein attributives Adj. wie IV, 84 *maior hinc fama tradidit,* V, 14 *memoria prosperarum illic rerum,* II, 34 *validis utrimque trabibus,* A. II, 20 *gravibus superne ictibus conflictabantur.* Draeger Synt. § 23. Berger lat. Stil. § 53, 2, d.

9. *ignara*] So heisst es in einer ähnlichen Schilderung I, 80 *pars ignari et vino graves.*

rum turba in verba Vitellii iuravere. sed ubi dilectum agere Pacarius et inconditos homines fatigare militiae muneribus occepit, laborem insolitum perosi infirmitatem suam reputabant: insulam esse, quam incolerent, et longe Germaniam viresque legionum; direptos vastatosque classe, etiam quos cohortes alaeque protegerent. et aversi repente animi, nec tamen aperta vi: aptum tempus insidiis legere. digressis, qui Pacarium frequentabant, nudus et auxilii inops balineis interficitur; trucidati et comites. capita ut hostium ipsi interfectores ad Othonem tulere, neque eos aut Otho praemio adfecit aut puniit Vitellius, in multa conluvie rerum maioribus flagitiis permixtos.

Aperuerat iam Italiam bellum, quod transmiserat, ut supra 17
memoravimus, ala Siliana nullo apud quemquam Othonis favore, nec quia Vitellium mallent, sed longa pax ad omne servitium fregerat faciles occupantibus et melioribus incuriosos. florentissimum Italiae latus, quantum inter Padum Alpesque camporum et urbium,

10. *in verba Vitellii iuravere*] s. zu c. 14, 1.

11. *inconditi homines* 'die undisciplinierten Burschen'.

fatigare 'quälen'; vgl. V, 3 *sed nihil aeque quam inopia aquae fatigabat.*

12. *perosus* 'erbost'.

infirmitas 'Ohnmacht'.

13. *longe*] Prädicat, wie Flor. II, 2, 8. 6, 34. S. Draeger Synt. § 33.

14. *etiam quos*] wie c. 26 *etiam qui subveniebant.*

15. *aptum*] Ueber die Auslassung der Adversativpartikel nach der Negation s. zu I, 83, 13.

16. *frequentare* 'besuchen' wie A. XV, 33.

17. *balineis*] 'zur Zeit des Bades, beim Baden' nach stark erweiterter Analogie von *comitiis, ludis, gladiatoribus.* Anders Nipperdey zu A. III, 61, dem Draeger Synt. § 57 folgt.

19. *maioribus flagitiis permixtos*] Sie verloren sich unter den Schandthaten von grösserer Tragweite; vgl. A. XVI, 8 *mox Neronem circa summa scelera distentum quasi minores evasere.*

17. 1. *aperire* 'erschliessen' wie G. 1. *quos bellum aperuit;* Agr. 22 *tertius expeditionum annus novus gentis aperuit.* Vgl. noch III, 2 *iam reseratam Italiam;* Cic. Phil. VII § 2 *ut reserare nos exteris gentibus Italiam iuberet.*

transmiserat] 'hinübergespielt hatte'; vgl. III, 5, 1. A. II, 6. Liv. XXI, 20, 4.

supra] I, 70.

3. *frangere* 'mürbe, nachgiebig machen'.

4. *faciles occupantibus*] 'bereit den ersten, die zugriffen, sich zu fügen'. Ebenso steht *facilis* (eigtl. wer dem andern bei sich etwas leicht macht) in der Bedeutung 'leicht zugänglich'; vgl. A. II, 27 *iuvenem improvidum et facilem inanibus.*

melioribus incuriosos] d. i. ohne viel danach zu fragen, welches die bessere Partei sei. Der Dativ steht bei *incuriosus* wie A. XIV, 38 statt des auch bei Tac. gewöhnlichen Gen. (s. zu I, 49, 10).

5. *quantum* etc.] Der Ausdruck ist zu allgemein gefasst; denn die Verbindungen zwischen Rom und Illyricum waren nicht unterbrochen, wie die Theilnahme des Detachements der XIII. Legion an dem ersten Gefechte bei Cremona beweist (c. 24, 12). Nur die Westhälfte Oberitaliens war in der Gewalt der Vitellianer.

armis Vitellii (namque et praemissae a Caecina cohortes advenerant) tenebatur. capta Pannoniorum cohors apud Cremonam, intercepti centum equites ac mille classici inter Placentiam Ticinumque. quo successu Vitellianus miles non iam flumine aut ripis arcebatur; inritabat quin etiam Batavos Transrhenanosque Padus ipse, quem repente contra Placentiam transgressi raptis quibusdam exploratoribus ita ceteros terruere, ut adesse omnem Caecinae exercitum trepidi ac falsi nuntiarent.

18 Certum erat Spurinnae (is enim Placentiam obtinebat) necdum venisse Caecinam, et si propinquaret, coercere intra munimenta militem nec tris praetorias cohortes et mille vexillarios cum paucis equitibus veterano exercitui obicere; sed indomitus miles et belli ignarus correptis signis vexillisque ruere et retinenti duci tela intentare spretis centurionibus tribunisque; quin prodi Othonem et accitum Caecinam clamitabant. fit temeritatis alienae comes Spurinna primo coactus, mox velle simulans, quo plus auctoritatis inesset consiliis, si seditio mitesceret.

6. *namque* steht bei Tac. sonst nicht in der Parenthese, nie in negativen Sätzen, nur einmal (A. III, 12) im directen Fragesatz.

praemissae] s. I, 70.

7. *Pannoniorum*] i. e. *exercitus Pannonici* (c. 11), wie I, 84 *Germani* für *exercitus Germanicus*.

8. *classici*] s. zu c. 11, 17.

Placentia, j. Piacenza; *Ticinum,* j. Pavia.

10. *inritabat*] Der Strom lockte die Bataver, ihre Schwimmkünste zu zeigen. Vgl. IV, 12 *suerat* (Med. *erant*) *et domi delectus eques praecipuo nandi studio arma equosque retinens integris turmis Rhenum perrumpere;* A, II, 8 *Batavi in ea parte, dum insultant aquis artemque nandi ostentant, turbati;* Agr. 18 *lectissimos auxiliarium* (Batavorum), *quibus nota vada et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equos regunt, ita repente inmisit.*

quin etiam] wie c. 64, 9. A. XV, 39 nach Vergils Vorgang (Aen. VIII, 485) nachgestellt.

11. *contra* 'Angesichts, vis à vis'. Pl. lag eben nicht dicht am Ufer.

exploratores 'Streifposten' oder 'Patrouillen'; vgl. c. 19. 24. III, 15

18. 1. *certum erat*] 'fest stand'; Davon hängen drei Inf. ab, von denen der Acc. c. Inf. Spurinnas Ueberzeugung ausspricht, die beiden andern seinen Entschluss ausdrücken.

necdum statt *nondum,* wie Liv. XXI, 18 *necdum enim erant socii vestri*; s. zu I, 31, 10.

2. *coercere*] Dafür würde Caesar *continere* gesagt haben.

3. *vexillarios*] i. e. electos e legionibus Pannonicis vel Dalmaticis, qui sub vexillo erant. S. zu c. 11, 3 und I, 31, 16. So wird die Abtheilung der XIV. Legion, welche bei Bedriacum mitkämpfte, c. 66, 4 mit dem Ausdruck *vexillarii* bezeichnet.

5. *signis*] cohortium manipulorumque; *vexillis*] equitum (s. zu c. 11, 10). Vgl. c. 43, 7. IV, 15, 17.

ruere 'wild darauf los rennen'. Vgl. zu I, 56, 2.

retinenti] Part. Impf. conatus.

6. *quin*] dafür sonst *quin etiam.* Die Soldaten schrien, es wäre nicht bloss Feigheit, sondern sogar Verrath im Spiele.

9. *seditio* 'die Auflehnung, Widerspänstigkeit', wie c. 23, 7.

mitesceret] vgl. Liv. V, 17 *mitescere discordiae intestinae . . . coeptae.*

minitabantur atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant. increpitis seditionis auctoribus regressus vacavit abeuntium adloquiis, donec omnes inviolati digrederentur. vesperascente die sitim haustu gelidae aquae sedavit. tum adlatis pugionibus *duobus*, cum utrumque pertemptasset, alterum capiti subdidit. et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, utque adfirmatur, non insomnem egit: luce prima in ferrum pectore incubuit. ad gemitum morientis ingressi liberti servique et Plotius Firmus praetorii praefectus unum vulnus invenere. funus maturatum; ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. tulere corpus praetoriae cohortes cum laudibus et lacrimis vulnus manusque eius exosculantes. quidam militum iuxta rogum interfecere se non noxa neque ob metum, sed aemulatione decoris et caritate principis. ac postea promisce Bedriaci Placentiae aliisque in castris celebratum id genus mortis. Othoni sepulcrum exstructum est modicum et mansurum. hunc vitae finem habuit septimo et tricensimo aetatis anno.

4. *Verginium*] s. I, 77, 5.

7. *gelidus* 'eiskalt' bezeichnet einen höheren Kältegrad als *frigidus;* ebenso Suet. Oth. 11 *sedata siti gelidae aquae potione.* Zu *sitim sedare* vgl. Ov. met. III, 415. Plin. n. h. XI, 54, 284.

pugionibus duobus] Das folgende *utrumque* verlangt den Zusatz *duobus* (wie c. 50, 3. 68, 7), das in Folge des gleichlautenden Wortendes hinter *pugionibus* so leicht ausfallen konnte. Vgl. Plut. O. 17 *δυοῖν ὄντων αὐτῷ ξιφῶν ἑκατέρου κατεμάνθανε τὸ σπάσμα πολὺν χρόνον.*

8. *capiti*] um das unedle Wort für Kopfkissen *(cervical)* zu vermeiden. Vorausgegangen ist dem Tac. in diesem Gebrauche Verg. Aen. VI, 524 *fidum capiti subtraxerat ensem.*

10. *pectore*] Suet. O. 11. *infra laevam papillam.*

12. *ambitiosae preces* sind angelegentliche oder zudringliche Bitten. Vgl. c. 57 *foedum mancipium ac malis artibus ambitiosum;* IV, 40 *quod manifestum reum ambitiosius quam honestius defendisset*; Cic. ad fam. XIII, 1, 5 *homo minime ambitiosus, minime in rogando molestus.*

15. *exosculari* 'inbrünstig küssen'; vgl. I, 45, 3. A. I, 34. Plin. ep. V, 17, 4 *multum et diu exosculatus adulescentem.* Ebenso ist *expostulare* I, 82, 2. III, 83, 4 ein verstärktes *postulare.*

16. *noxa* steht im Sinne von *noxae conscientia* (A. VI, 4); vgl. zu *noxa* 'Schuld' A. II, 6. III, 73. IV, 36. Die richtige Deutung der Stelle gibt Plut. O. 17 an die Hand: *ἔνιοι δὲ τῇ πυρᾷ λαμπάδας ὑφέντες ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν οὐδὲν ἐκδήλως οὔτε πεπονθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος οὔτε πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος δεδιότες.* Zum Wechsel zwischen Casus und Präp. s. zu I, 35, 11.

decus ist hier von dem gesagt, was einem Ehre macht.

17. *promisce* 'ohne Unterschied' in allen Quartieren, nicht bloss im Hauptquartier zu Brixellum. S. zu I, 66, 8.

19. *mansurum*] 'dauernd', weil das Grabmal durch sein anspruchsloses Aussehn der Aufmerksamkeit der Machthaber entging und ihren Grimm nicht herausforderte. Vgl. Suet. Vit. 10 *lapidem memoriae Othonis inscriptum intuens dignum eo Mausoleo ait;* Plut. Oth. 18 *εἶδον δ' ἐν Βριξίλλῳ γενόμενος καὶ μνῆμα μέτριον καὶ την ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν, εἰ μεταφρασθείη· δηλώ-*

50 Origo illi e municipio Ferentino, pater consularis, avus praetorius; maternum genus inpar nec tamen indecorum. pueritia ac iuventa, qualem monstravimus. duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantundem apud posteros meruit bonae famae quantum malae. ut conquirere fabulosa et fictis oblectare legentium animos procul gravitate coepti operis crediderim, ita vulgatis traditisque demere fidem non ausim. die, quo Bedriaci certabatur, avem invisitata specie apud Regium Lepidum celebri luco consedisse incolae memorant, nec deinde coetu hominum aut circumvolitantium alitum territam pulsamve, donec Otho se ipse interficeret; tum ablatam ex oculis: et tempora reputantibus initium finemque miraculi cum Othonis exitu competisse.

σει (Lobeck vermuthete *δαίμοσι* d. i. dis manibus) *Μάρκον Ὄθωνος*. Otho starb den 16. April 69 am 92. Tage seiner Regierung. Sein Tod wurde 3 Tage darauf am letzten Festtage der Cerialien in Rom bekannt. S. zu c. 55, 1.

50. 1. *e municipio Ferentino*] in Etrurien.

2. *maternum genus inpar*] wie Sall. Jug. 11 *materno genere impar*, 'unebenbürtig'. Aus einer Aeusserung Suetons (Oth. 1 *splendida femina*) zu schliessen, gehörte Othos Mutter Albia Terentia einer Familie des Ritterstandes an.

3. *monstravimus*] statt *demonstravimus*. S. I, 13.

4. *egregio*] Tac. ertheilt ihm dies Lob, weil er sich in das im alten Rom freilich unvermeidliche Ende eines im Bürgerkriege besiegten Usurpators rasch und unverzagt ergeben und weiteres unnützes Blutvergiessen dadurch verhindert habe. Sein Tod wird von Martial dem eines Cato gleichgestellt (VI, 32, 5):

Sit Cato, dum vivit, sane vel Caesare maior:
Dum moritur, numquid maior Othone fuit?

6. *crediderim*] s. zu I, 83, 23.

8. *Regium Lepidum*] an der Aemilischen Strasse zwischen Parma und Mutina, südlich von Brixellum, j. Reggio.

celebri luco] 'in einem vielbesuchten, belebten Hain'. Das merkwürdige der Erscheinung lag darin, dass ein Vogel sich ruhig dahin setzte, wo viel Verkehr von Menschen Statt fand. Man hat *loco* für *luco* vermuthet, aber wenn bei Prodigien das ungewöhnliche Erscheinen von Vögeln berichtet wird, pflegt — wie Wölfflin bemerkt — der Ort genau bestimmt zu werden; vgl. Liv. XXVII, 4 *aves ad compitum Anagninum in luco Dianae nidos in arboribus reliquisse.* Zum Abl. loc. vgl. A. I, 61 *lucis propinquis;* II, 25 *propinquo luco;* s. zu I, 55, 9.

9. *deinde*, 'von da an, fortan', nachdem er sich einmal auf einen Baumast hingesetzt hatte; vgl. c. 85 *nec deinde* (i. e. postquam profugit) *civili bello interfuit.* S. zu I, 46, 1. Andere geben der Aenderung Petersens *neque inde* den Vorzug vor *nec deinde.*

11. *reputantibus*] 'wenn man erwägt'. Der Dativ des Part. Praes. auf einen Satz bezogen bezeichnet den Beurtheiler, dem die Sache so erscheinen muss, wie angegeben wird. Vgl. III, 8 *magni momenti locum obtinuit reputantibus illic Caecinam genitum et patriam hostium duci ereptam*; IV, 17 *vereque reputantibus Galliam suismet viribus cecidisse.* Agr. 11. G. 6. Dieser Graecismus (Kr. gr. Spr. § 48, 5 A. 2) findet sich schon Liv. X, 30. XXVI, 24. XXXIV, 27. XXXVII, 58. Vgl. noch zu III, 71, 5. Draeger Synt. § 50.

12. *competisse*] 'sei zusammen-

51 In funere eius novata luctu ac dolore militum seditio, nec erat, qui coerceret. ad Verginium versi modo, ut reciperet imperium, nunc, ut legatione apud Caecinam ac Valentem fungeretur, minitantes orabant: Verginius per aversam domus partem furtim digressus inrumpentes frustratus est. earum, quae Brixelli egerant, cohortium preces Rubrius Gallus tulit, et venia statim impetrata, concedentibus ad victorem per Flavium Sabinum iis copiis, quibus praefuerat.

52 Posito ubique bello magna pars senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinae relicta. illuc adverso de proelio adlatum: sed milites ut falsum rumorem aspernantes, quod infensum Othoni senatum arbitrabantur, custodire sermones, vultum habitumque trahere in deterius; conviciis postremo ac probris causam et initium caedis quaerebant, cum alius insuper metus senatoribus instaret, ne praevalidis iam Vitellii partibus cunctanter excepisse victoriam crederentur. ita trepidi et utrimque anxii coeunt, nemo privatim expedito consilio, inter multos socie-

getroffen'; vgl. Plin. n. h. XVI, 39, 191 *si competant coitus lunae in novissimum diem brumae.*

51. 1. *novata*] für *renovata* nach dem Vorgange des Livius und der Dichter.

2. *modo — nunc,* statt des gewöhnlichen *modo — modo,* wie III, 85, 1.

4. *per aversam domus partem*] durch die *postica* des Hauses, in dem er in Quartier lag, wie III, 84 *per aversam Palatii partem.* Zu *domus* vgl. III, 12 *Bassus intra domum opperiebatur.*

5. *cohortium*] sc. praetoriarum (c. 33).

6. *Rubrius Gallus*] Nach Dio LXIII, 27 war er an der Spitze des von Nero nach dem aufständischen Hispanien gesandten Heeres zu Galba übergetreten. Später wird er als Mittelperson bei den zwischen Vespasians Bruder Flavius Sabinus und Caecina gepflogenen Unterhandlungen erwähnt (c. 99).

concedentibus] s. zu I, 20, 4.

7. *Flavius Sabinus* hatte nach der Schlappe, welche Marcius Macer erlitten, den Befehl über das auf dem rechten Po-Ufer Cremona gegenüberstehende Freicorps von Gladiatoren erhalten (c. 36). Ueber Spurinna schweigt Tacitus.

8. *praefuerat*] nämlich 'bisher', wie Caes. b. G. VI, 7, 1 *hiemaverat.*

52. 2. *profecta*] s. I, 88.

Mutina an der via Aemilia, j. Modena.

3. *aspernari* 'abweisen, nichts wissen wollen', wie I, 31. III, 10.

5. *vultum habitumque*] wie Agr. 43 *habitu vultuque.*

in deterius wie III, 13. IV, 68 und 8 mal in den Ann. Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 22 b.

convicia ac probra wie I, 47, 5. III, 10, 16.

8. *utrimque* i. e. ab utraque parte, 'vor beiden Seiten', d. i. vor der Soldateska Othos und vor Vitellius. Zur Construction vgl. *metus ab aliquo.*

9. *nemo privatim* etc.] Niemand suchte für seine Person (auf eigene Faust) Rath zu schaffen; um sich nicht einzeln zu compromittieren, suchten alle in gemeinsamem Vorgehen Rettung. Erst später trat das Gegentheil ein: c. 54 *nec ultra in commune congressi sibi quisque consulere.* Zu *expedito consilio* vgl. III, 73 *neque sua* (consilia) *expedire.* Der Sinn d. St. ergibt sich aus dem Gegensatz *inter multos societate culpae tutior,* wozu das Subject *unus quisque* aus dem vorhergehenden negativen Pronomen zu ergänzen

tate culpae tutior. onerabat paventium curas ordo Mutinensis arma et pecuniam offerendo appellabatque patres conscriptos intempestivo honore.

53 Notabile iurgium fuit, quo Licinius Caecina Marcellum Eprium ut ambigua disserentem invasit. nec ceteri sententiam aperiebant: sed invisum memoria delationum expositumque ad invidiam Marcelli nomen inritaverat Caecinam, ut novus adhuc et in senatum nuper adscitus magnis inimicitiis claresceret. moderatione meliorum dirempti. et rediere omnes Bononiam rursus consiliaturi; simul medio temporis plures nuntii sperabantur. Bononiae divisis

ist; s. zu I, 1, 16. Diesen Gedanken spricht Tac. wiederholt aus: IV, 41 *societate culpae invidiam declinavit;* Dial. 5 *non patiar Maternum societate plurium defendi;* A. XIV, 49 *plures numero tuti.*

10. *onerabat*] 'mehrte die Last, machte noch ärger'; vgl. A. I, 19 *incipientis principis curas onerari*; H. II, 87 *onerabant multitudinem obvii ex urbe senatores equitesque.*

ordo Mutinensis 'der Gemeinderath von Mutina'. Die oberste Stadtbehörde der Municipien und Colonien, *ordo decurionum* oder bloss *ordo* genannt, bestand aus einer in dem Grundgesetz oder Ortsstatut festgesetzten Anzahl von lebenslänglichen Mitgliedern, in der Regel aus 100 Decurionen (später Curialen). Nach der lex Iulia (tabula Heracleensis) wurde die *lectio senatus* alle fünf Jahre durch die höchsten städtischen Verwaltungsbeamten d. h. durch die Quinquennales veranstaltet. Marquardt R. Staatsverw. I S. 501 f.

11. *intempestivo honore*] weil die Senatoren keine Lust verspürten, durch irgend einen officiellen Akt in den Augen der Othonianischen Soldateska, in deren Gewalt sie sich im Augenblicke befanden, sich zu compromittieren. Ihr Plan war vielmehr, bis zur Auflösung der Truppen jeder amtlichen Anerkennung des Vitellius als des nunmehrigen Staatsoberhauptes aus dem Wege zu gehen.

53. 1. *T. Clodius Eprius Marcellus,* ein berüchtigter Ankläger in Majestätsprocessen unter Neros Regierung, war in den letzten Tagen des Jahres 48 n. Chr. unter Claudius praetor peregrinus gewesen, zweimal consul suffectus, das letzte Mal 74 n. Chr., Proconsul von Asien während der Jahre 71—73. Anfangs auch noch unter Vespasians Regierung ein Mann von Einfluss, verschwor er sich 79 n. Chr. gegen diesen und wurde genöthigt sich selbst zu entleiben.

3. *memoria delationum*] vgl. A. XVI, 22. 28. 33.

expositus mit *ad* statt *obiectus* mit dem Dat. nach dem Vorgange von Liv. und Curt. S. Draeger Synt. § 81.

invidia 'Anfeindung, Misliebigkeit', wie schon bei Cicero.

5. *magnae inimicitiae* sind Aufsehen erregende Händel, wie Z. 1 *notabile iurgium fuit* zeigt. S. zu I, 2, 11.

clarescere steht wie A. IV, 52. XI, 16. G. 14 statt *inclarescere* (A. XII, 37. Agr. 42) nach dem Vorgange von Lucrez; ebenso ist *notescere* und *valescere* bei Tac. häufiger als *innotescere* und *invalescere*, welche Composita in den Ann. ganz fehlen.

6. *Bononia,* südöstlich von Mutina an der via Aemilia gelegen, j. Bologna.

7. *medio temporis* 'mittlerweile', wie A. XIV, 53; s. zu I, 62, 7.

sperabantur] Zur persönlichen Construction von *sperari* vgl. c. 74 *legiones secuturae sperabantur*; IV, 76 *Germanos, qui ab ipsis sperentur.*

per itinera, qui recentissimum quemque percontarentur, interrogatus Othonis libertus causam digressus habere se suprema eius mandata respondit; ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura et abruptis vitae blandimentis. hinc admiratio et plura interrogandi pudor, atque omnium animi in Vitellium inclinavere.

54 Intererat consiliis frater eius L. Vitellius seque iam adulantibus offerebat, cum repente Coenus libertus Neronis atroci mendacio universos perculit, adfirmans superventu quartae decumae legionis iunctis a Brixello viribus caesos victores, versam partium fortunam. causa fingendi fuit, ut diplomata Othonis, quae neglegebantur, laetiore nuntio revalescerent. et Coenus quidem raptim

8. *recentissimum quemque*] 'jeden neuen Ankömmling'; vgl. Cic. ad Att. XVI, 7, 1 *Regini quidam, illustres homines, eo venerunt Roma sane recentes.*

11. *abruptis vitae blandimentis*] tamquam vinculis. Otho habe sich von allen holden Banden, die den Menschen ans Leben fesseln, losgerissen. Vgl. IV, 64 *instituta cultumque patrium resumite abruptis voluptatibus, quibus Romani plus adversus subiectos quam armis valent.* Das Gegentheil A. XV, 64 *oblata mitiore spe blandimentis vitae evictam.*

12. *pudor* 'verlegene Scheu, Blödigkeit', wie oft bei Cicero (acc. in Verr. IV, 37, 80. ad fam. V, 1, 1. VII, 7, 2. XVI, 9, 3. ad Q. fr. I, 1, 18).

54. 1. *L. Vitellius*] s. I, 88, 6. *se offerebat*] 'zeigte sich zugänglich'.

2. *atrox* 'unheilkündend, Schrecken erregend'. Tac. nennt die Lüge schreckhaft, weil die falsche Nachricht eine Erneuerung der Schrecken des Bürgerkriegs in Aussicht stellte. Vgl. Cic. ad fam. IX, 25, 3 *is* (M. Fadius) *repente percussus est atrocissimis literis, in quibus scriptum erat fundum Herculanensem a Q. Fadio fratre proscriptum esse, qui fundus cum eo communis esset.*

3. *perculit*] 'machte betroffen, versetzte in Bestürzung'; vgl. I, 53. III, 17. 36.

quartae decumae] aus Dalmatien. S. c. 32, 22.

4. *a Brixello*] Die Präposition steht, weil *iungere* kein Verbum der Bewegung ist; vgl. Liv. I, 47, 4.

caesos] s. zu c. 12, 15.

5. *diplomata* (chartae duplicatae) 'Geleitsbriefe' waren eine Art kaiserlicher Empfehlungsschreiben, wodurch die Provinzialbehörden angewiesen wurden, den dieselben führenden Personen auf der Reise allen Vorschub zu leisten, namentlich aber die auf den Stationen der Staatscourrierpost zur Beförderung der amtlichen Depeschen aufgestellten Relaispferde und Wagen ihnen zur Verfügung gestellt wurden. Diese Regierungspässe oder Fermans bestanden aus zwei zusammengebrochenen Blättern, wovon sie auch den Namen führten, und lauteten nur auf eine bestimmte Frist, nach deren Ablauf sie ihre Giltigkeit verloren. Die Statthalter wurden wol mitunter ermächtigt, solche, in carte blanche ihnen zugesandte Geleitschreiben unter ihrer Verantwortlichkeit mit dem Namen von Personen zu versehen, welche im öffentlichen Dienste reisten oder doch gleicher Vergünstigung von ihnen gewürdigt wurden. Vgl. ausser c. 65, 6. Plin. ep. X, 14. 54. 121. 122 im folgenden *et Coenus quidem raptim in urbem vectus.*

neglegere 'unbeachtet lassen', wie c. 86, 7. Beachte das Imperfectum.

6. *revalescere* 'wieder Geltung erlangen'.

raptim wie IV, 50 *illi raptim vecti.* Im Positiv gebraucht Tac. stets *raptim*, nicht *rapide* (elfmal nach Wölfflins Beobachtung).

in urbem vectus paucos post dies iussu Vitellii poenas luit: senatorum periculum auctum credentibus Othonianis militibus vera esse, quae adferebantur. intendebat formidinem, quod publici consilii facie discessum Mutina desertaeque partes forent. nec ultra in commune congressi sibi quisque consulere, donec missae a Fabio Valente epistulae demerent metum. et mors Othonis quo laudabilior, eo velocius audita.

55 At Romae nihil trepidationis; Ceriales ludi ex more spectabantur. ut cecidisse Othonem et a Flavio Sabino praefecto urbis, quod erat in urbe militum, sacramento Vitellii adactum certi auctores in theatrum adtulerunt, Vitellio plausere; populus cum lauru ac floribus Galbae imagines circum templa tulit, congestis in modum tumuli coronis iuxta lacum Curti, quem locum Galba moriens sanguine infecerat. in senatu cuncta longis aliorum principatibus composita statim decernuntur; additae erga Germanicum exercitum laudes gratesque et missa legatio, quae gaudio fungeretur. recitatae Fabii Valentis epistulae ad consules scriptae haud immoderate: gratior Caecinae modestia fuit, quod non scripsisset.

56 Ceterum Italia gravius atque atrocius quam bello adflictabatur. dispersi per municipia et colonias Vitelliani spoliare rapere,

9. *publici consilii facie*] i. e. ita ut de publici consilii sententia (i. e. ex Scto) Mutina discessisse viderentur.

10. *in commune*] s. zu I, 25, 10.

12. *epistulae*] s. zu I, 67, 7.

55. 1. *Ceriales ludi*] Die *Cerialia*, in unbekannter Zeit entstanden, wurden seit 44 v. Chr. von den von Caesar eingesetzten *aediles Ceriales* veranstaltet und den Calendarien zufolge vom 12. bis 19. April gefeiert, erst am letzten Tage mit Circusspielen. Vgl. A. XV, 53. 74. Ov. fast. IV, 389 ff.

2. *Flavius Sabinus*, Vespasians älterer Bruder.

3. *quod — militum*] s. zu c. 44, 18.

sacramento Vitellii] s. zu I, 5, 1.

5. *congestis*] s. zu I, 20, 4.

6. *lacum Curti*] s. zu I, 41, 5.

7. *infecerat*] vgl. Sall. Jug. 101 *humus infecta sanguine*.

cuncta] näml. die Titel Caesar und Augustus, die tribunicische Amtsgewalt, das Imperium (I, 47).

longis] s. zu I, 5, 1.

9. Zur Verbindung von *laudes* und *grates* bei Tac. (IV, 39, 2. A. I, 69, 8. XII, 37, 14) vgl. Nipperdey zu A. I, 69.

gaudio fungi 'der (pflichtschuldigen) Freude Ausdruck geben'. Die Freude wird als eine Leistung angesehn, welche die Deputation zu übernehmen hat. Vgl. A. XIV, 21 *nec perinde magistratus rem familiarem exhausturos aut populo efflagitandi Graeca certamina a magistratibus causam fore, cum eo sumptu res publica fungatur*.

11. *non scripsisset*] Es war damals Sitte geworden, dass ausser dem Staatsoberhaupte niemand an die Consuln oder den Senat ein amtliches Schreiben richten durfte.

56. 1. Hinter *Italia* hat der Leser den Gegensatz zu *bello* zu ergänzen: *iam in pace*. Haase schiebt *victoria* hinter *atrocius* ein.

adflictabatur] 'wurde heimgesucht, betroffen', wie III, 18. A. XIII, 30.

vi et stupris polluere; in omne fas nefasque avidi aut venales non sacro, non profano abstinebant. et fuere, qui inimicos suos specie militum interficerent. ipsique milites regionum gnari refertos agros, dites dominos in praedam aut, si repugnatum foret, ad excidium destinabant, obnoxiis ducibus et prohibere non ausis. minus avaritiae in Caecina, plus ambitionis: Valens ob lucra et quaestus infamis eoque alienae etiam culpae dissimulator. iam pridem adtritis Italiae rebus tanta peditum equitumque vis damnaque et iniuriae aegre tolerabantur.

57 Interim Vitellius victoriae suae nescius ut ad integrum bellum reliquas Germanici exercitus vires trahebat. pauci veterum militum in hibernis relicti, festinatis per Gallias dilectibus, ut remanentium legionum nomina supplerentur. cura ripae Hordeonio

3. *vi et stupris polluere*] 'verübten Gewalt und Entehrung', d. i. 'gewaltsame Entehrung'.

omne fas nefasque 'alles was nach göttlichem Rechte erlaubt und unerlaubt ist'. Vgl. III, 51 *tantam adversus fas nefasque inreverentiam fuisse*; A. XV, 37 *per licita atque inlicita foedatus*; Liv. VI, 14 *ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas secuturi vindicem libertatis viderentur*. Zum Behufe einer möglichst erschöpfenden Bestimmung des Begriffes *nefas* wird der Gegensatz *fas* mit in den Kreis der Anschauung hineingezogen.

avidus ist wegen des indeclinablen *fas nefasque* nicht mit dem Gen. construiert nach dem Vorgange von Liv. (V, 20. XXII, 21).

venales] Sie liessen sich als Werkzeuge der Privatrache dingen. Mordthaten in fremdem Auftrage verübt bilden noch heutzutage ein eigenes Capitel in den Annalen der Criminalstatistik bei den südlichen Völkern.

4. *specie militum*] i. e. sumptis armis et militari habitu.

5. *refertos agros*] wol wie c. 12, 10 *pleni agri* aufzufassen.

6. *dominos*] s. zu c. 12, 11.

7. *destinabant*] 'ersahen sich'.

obnoxiis ducibus] Die Führer waren der verwilderten Soldateska gegenüber ohnmächtig. Ueber *obnoxius* s. zu I, 1, 9.

et—non] s. zu c. 32, 5.

8. *ambitionis*] i. e. studii gratiam militum conciliandi. Vgl. zu I, 1, 9.

ob lucra et quaestus infamis] vgl. I, 66, 14.

9. *iam pridem adtritis It. rebus*] 'da längst Italiens Wolstand erschöpft war'. Vgl. I, 10, 3.

57. 1. *integrum*] i. e. nondum profligatum aut confectum. Vgl. Sall. Jug. 73 *tamquam ad integrum bellum omnia parat*; A. XV, 18 *integro adhuc bello*.

2. *reliquas Germanici exercitus vires*] Da von dem niedergermanischen Heere nur die V. Legion, von dem obergermanischen die XXI. und XXII. Legion mit ihren Adlern in Italien standen, von den 4 übrigen Legionen (Nr. I. IV. XV. XVI) nur Detachements (*vexilla*), so befanden sich in Germanien noch die Dépôts der ersteren, von den letzteren wenigstens stärkere Abtheilungen bei den Adlern. S. zu c. 89, 4. 5. I, 61, 7.

trahebat] 'war damit beschäftigt an sich zu ziehen'.

3. *festinare* transitiv nach dem Vorgange der Dichter und Sallusts, wie c. 82. I, 76. III, 15. 37. IV, 67; ebenso *properare* I, 48. 77 u. ö.

4. *nomina* 'die Rahmen (Cadres)' wie IV, 14, 19. Aehnlich steht *numeros* II, 69, 9.

ripae] des linken Rheinufers.

Hordeonio Flacco] s. zu I, 9, 1.

Flacco permissa; ipse e Britannico *exercitu* delecta octo milia sibi adiunxit. et paucorum dierum iter progressus prosperas apud Bedriacum res ac morte Othonis concidisse bellum accepit: vocata contione virtutem militum laudibus cumulat. postulante exercitu, ut libertum suum Asiaticum equestri dignitate donaret, inhonestam adulationem conpescit: dein mobilitate ingenii, quod palam abnuerat, inter secreta convivii largitur honoravitque Asiaticum anulis, foedum mancipium et malis artibus ambitiosum.

Isdem diebus accessisse partibus utramque Mauretaniam in- 58
terfecto procuratore Albino nuntii venere. Lucceius Albinus a Nerone Mauretaniae Caesariensi praepositus addita per Galbam Tingitanae provinciae administratione haud spernendis viribus agebat. decem novem cohortes, quinque alae, ingens Maurorum numerus aderat, per latrocinia et raptus apta bello manus. caeso Galba in Othonem pronus nec Africa contentus Hispaniae angusto freto diremptae inminebat. inde Cluvio Rufo metus, et decumam

5. *e Britannico exercitu delecta octo milia*] Es waren 8000 Vexillarier aus den Legionen II Augusta, IX Hispana, XX Valeria. Vgl. c. 100 *cum vexillariis trium Britannicarum legionum*; III, 22 *cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum legionum*. Wie hier und IV, 35, 14 mit dem Ausdruck *delecta*, so werden I, 31. 61 mit *electi* die sogenannten Vexillarier d. h. von den Legionen abgezweigte und unter einem *vexillum* stehenden Truppentheile bezeichnet. Vgl. noch A. IV, 73, 2.

9. *Asiaticum*] Ueber ihn vgl. Friedländers Darst. I. S. 62.

10. *mobilitate*] s. zu I, 7, 9.

palam — inter secreta] Wechsel zwischen Adverb und präpositionalem Ausdruck, wie A. I, 49 *palam — in occulto*; XII, 13 *palam — per occulta;* XV, 45 *prospere aut in metu*. Vgl. zu I, 10, 7.

11. *inter secreta convivii*] 'im vertrauten Kreise bei Tische'.

honoravit] von einer Rangerhöhung, wie c. 89 *matrem complexus Augustae nomine honoravit*.

anulis] sc. aureis. S. zu I, 13, 3.

12. *mancipium* verächtlich von einem Freigelassenen; s. zu I, 7, 13.

ambitiosum] s. zu c. 49, 12.

58. 1. *utramque Mauretaniam*] Caesariensem et Tingitanam. S. zu I, 11, 7. Nachdem der letzte König von Jubas Stamme, Ptolemaeus, von Gaius Caesar im J. 41 n. Chr. getödtet war, hatte Claudius i. J. 42 aus dem Königreiche Mauretanien zwei kaiserliche Provinzen gebildet. Plin. n. h. V, 1, 2. 11. Dio LX, 9.

2. *procuratore*] Beide Provinzen gehörten zu den kleineren kaiserlichen, welche von Procuratoren verwaltet wurden. S. zu I, 2, 16.

3. *agebat*] 'waltete'; s. zu III, 42, 7. 44, 5. Ueber den eigenthümlichen Abl. qual. *haud spernendis viribus* vgl. c. 81 *accessere cum regno Sohaemus haud spernendis viribus, Antiochus vetustis opibus ingens*.

6. *latrocinia et raptus*] s. zu I, 46, 12.

apta bello manus geht nur auf die maurische Provinzialmiliz, welche die Nationaluntugenden der heutigen Kabylen und Beduinen besass.

8. *inminebat*] Dem zu Vitellius haltenden Statthalter von Spanien drohte von Seiten des Albinus ein Einfall in die Provinz.

Cluvius Rufus, legatus Augusti pro praetore von Hispania Tarraconensis, in welcher Eigenschaft er zugleich für die äussere Sicherheit der senatorischen Provinz Baetica, in welcher keine Truppen standen, verantwortlich war. S. zu I, 8, 2.

decuma legio mit dem Beinamen

legionem propinquare litori ut transmissurus iussit; praemissi centuriones, qui Maurorum animos Vitellio conciliarent. neque arduum fuit magna per provincias Germanici exercitus fama; spargebatur insuper spreto procuratoris vocabulo Albinum insigne regis et Iubae nomen usurpare.

59 Ita mutatis animis Asinius Pollio alae praefectus, e fidissimis Albino, et Festus ac Scipio cohortium praefecti opprimuntur: ipse Albinus dum e Tingitana provincia Caesariensem Mauretaniam petit, in adpulsu litoris trucidatus, uxor eius cum se percussoribus obtulisset, simul interfecta est, nihil eorum, quae fierent, Vitellio anquirente: brevi auditu quamvis magna transibat inpar curis gravioribus.

Exercitum itinere terrestri pergere iubet: ipse Arare flumine devehitur nullo principali paratu, sed vetere egestate conspicuus,

Gemina bildete mit der VI Victrix die Besatzung der spanischen Provinzen.

9. *litori*] sc. provinciae Baeticae. Der Dativ steht, als ob *appropinquare* folgte; s. zu III, 82, 9.

ut transmissurus] 'als ob er hinübergehn wollte'. Es war ein blosses Scheinmanöver, durch das Albinus veranlasst werden sollte, in der Defensive sich zu halten. Vgl. c. 80 *Vespasianum pauci milites, solito adsistentes ordine ut legatum salutaturi, imperatorem salutavere.* Zum Part. Fut. mit *ut* vgl. III, 68 *ut in aede Concordiae positurus insignia imperii*; A. I, 47 *ut iam iamque iturus legit comites.* So schon bei Liv. in Nachahmung des griechischen.

12. *insigne regis*] die Tiara mit dem Diadem.

13. *Jubae*] Dadurch wurde der Samen des Argwohns ausgestreut, als ob Albinus unter Annahme des Lieblingsnamens der alten einheimischen Landesfürsten von Numidien sich zum unabhängigen Herrscher von Mauretanien machen wollte, welches Land der gleichnamige Sohn des von Julius Caesar 46 v. Chr. besiegten Königs Juba von Numidien von Augustus nebst einem Theile seines alten Stammlandes Numidien als Vasallenreich erhalten hatte.

59. 4. *in adpulsu litoris*] ein Graecismus. Wie bei Liv. XXVII, 30 *litorum adpulsu* steht hier der Gen. obi. bei einem Subst. verbale, dessen Stammwort (*adpellere*) mit einer Präposition verbunden wird. Vgl. Thuc. I, 108, 5 ἐν ἀποβάσει τῆς γῆς. Matth. gr. Gr. § 367. S. noch zu I, 46, 18.

6. *brevi auditu quamvis magna transibat*] Auch noch so wichtige Dinge vermochten seine Aufmerksamkeit nicht zu fesseln; unter flüchtiger Beachtung ging er darüber hinweg. So jetzt über den raschen Untergang des seiner Sache gefährlichen Statthalters von Mauretanien. Vgl. A. XIV, 12 *Thrasea silentio vel brevi adsensu priores adulationes transmittere solitus*; XIII, 18 *breve osculum* ('ein flüchtiger Kuss'); Agr. 40. Zu *quamvis* in der Bedeutung 'auch noch so' bei Adjectiven vgl. A. XV, 24 *quamvis potentium.* Madv. § 443 A.

inpar curis gravioribus] 'nicht gewachsen (untauglich zu) ernsteren Geschäften'; vgl. A. XIV, 54 *senex et levissimis quoque curis inpar.*

8. *Arar*, j. Saône, welcher Name aus dem später (Ammian. XV, 11) gebräuchlichen Namen Sauconna entstanden ist.

9. *paratu*] Das Simplex statt der älteren Form *apparatus* steht noch I, 23, 2. II, 81, 14. III, 43, 8. Agr. 25 und durchgehends in den Ann. ausser II, 69 *sacrificalem apparatum.*

vetere egestate] Suet. Vit. 7 *satis*

donec Iunius Blaesus Lugudunensis Galliae rector, genere illustri, largus animo et par opibus, circumdaret principi ministeria, comitaretur liberaliter, eo ipso ingratus, quamvis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret. praesto fuere Luguduni victricium victarumque partium duces. Valentem et Caecinam pro contione laudatos curuli suae circumposuit; mox universum exercitum occurrere infanti filio iubet perlatumque et paludamento opertum sinu retinens, Germanicum appellavit cinxitque cunctis fortunae principalis insignibus. nimius honos inter secunda rebus adversis in solacium cessit.

constat exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis, quos Romae relinquebat, meritorio cenaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret utque ex aure matris detractum unionem pigneraverit ad itineris impensas.

10. *rector*] Der eigentliche Titel war legatus Augusti pro praetore. Ebenso steht *rector* c. 85, 11. A. II, 4. XII, 40.

11. *et*] An den Abl. qual. schliesst sich asyndetisch ein zweites Glied an, das aus zwei durch *et* verbundenen Adjectiven besteht; vgl. A. I, 53 *qui familia nobili, sollers ingenio et prave facundus* etc.

par opibus 'von entsprechendem Vermögen'. Seine Mittel erlaubten es ihm, seine Freigebigkeit zu bethätigen.

ministeria 'die Hofämter'. Die drei höchsten kaiserlichen Hofämter waren das Rechnungsamt (*a rationibus*), das Eingabenamt (*a libellis*) und das Cabinetssecretariat (*ab epistulis*). Grossen persönlichen Einfluss gab auch das Amt des Leibkämmerers (*cubicularius*).

12. *vernilibus blanditiis*] 'unter plumpen Artigkeiten (Complimenten)', wie sie gemeine Haussklaven aus niedriger Schmeichelei anbringen.

13. *praesto fuere*] 'es machten ihre Aufwartung, es stellten sich ein'. S. Cic. ad fam. III, 3, 1 *Q. Fabius legatus tuus mihi praesto fuit*; 5, 1 *ibi mihi praesto fuit L. Lucilius cum literis mandatisque tuis.*

15. *curuli*] sc. sellae, wie A. I, 75. Plin. pan. 59. Suet. Ner. 13.

circumponere 'zu beiden Seiten Platz nehmen lassen'; vgl. c. 89, 5 *circa*; A. IV, 74. XIV, 34 *circum.*

16. *filio*] Roma adventanti (c. 47).

17. *Germanicum*] So hatte er selbst sich vom Heere in Germanien nennen lassen; s. I, 62 *nomine Germanici Vitellio statim addito.*

fortuna principalis 'fürstliche Stellung, Hoheit'. Vgl. c. 81 *speciem fortunae principalis*; I, 62 *fortunam principatus.* S. zu I, 10, 14.

18. *rebus adversis*] Abl. temp. zur Abwechslung mit dem praepositionalen Ausdrucke *inter secunda,* wie c. 23 *rebus prosperis incertus et inter adversa melior.* S. zu I, 88, 16.

in solacium cessit] 'wurde ein Ersatz'. Der kleine Vitellius wurde schon im nächsten Jahre auf Mucians Befehl umgebracht (IV, 80). Tac. liebt es, durch dergleichen Bemerkungen der Erzählung vorgreifend den schliesslichen Ausgang einer Sache oder Person anzudeuten; vgl. c. 69 *Batavorum cohortes . . . in Germaniam remissae, principium interno simul externoque bello parantibus fatis*; I, 19, 4. Zur Bedeutung von *solacium* 'Genugthuung, Entschädigung, Ersatz' vgl. I, 77, 14. II, 47, 10. IV, 68, 7. A. III, 12. IV, 53. XIII, 44. Ebenso *solari* A. II, 86. XVI, 13. Wegen der Wendung *in solacium cedere* 'zum Ersatz ausschlagen, ein Ersatz werden' vgl. A. XIV, 31 *in formam provinciae cesserant*; c. 54 *in tuam gloriam cedet*; G. 36 *Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit.* S. zu IV, 64, 14. Nipperdey zu A. XV, 45.

60 Tum interfecti centuriones promptissimi Othonianorum, unde praecipua in Vitellium alienatio per Illyricos exercitus; simul ceterae legiones contactu et adversus Germanicos milites invidia bellum meditabantur. Suetonium Paulinum ac Licinium Proculum tristi mora squalidos tenuit, donec auditi necessariis magis defensionibus quam honestis uterentur. proditionem ultro inputabant spatium longi ante proelium itineris, fatigationem Othonianorum, permixtum vehiculis agmen ac pleraque fortuita fraudi suae adsignantes. et Vitellius credidit de perfidia et fidem absolvit. Salvius Titianus Othonis frater nullum discrimen adiit pietate et ignavia excusatus. Mario Celso consulatus servatur: sed creditum fama obiectumque mox in senatu Caecilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari nec sine exitio Celsi voluisset: restitit Vitellius deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum. Trachalum adversus criminantes Galeria uxor Vitellii protexit.

60. 1. *interfecti*] sc. sunt. Ebenso A. VI, 36 *tum omissa Armenia*; dagegen H. IV, 10 *tum invectus est* etc. S. zu I, 58, 5.

2. *Illyricos exercitus*] Die in Illyricum stehenden Kriegsvölker, denen die bei Bedriacum geschlagenen Truppen Othos zum grössten Theile angehörten.

ceterae legiones] namentlich I Adiutrix und die in Syrien und Judaea stehenden.

4. *tristis* 'niederschlagend, leidig, unheimlich'.

5. *squalidus* 'im Anklagezustand'. *Squalor* und *sordes* sind die üblichen Ausdrücke für die äussere Erscheinung und Haltung der unter Anklage stehenden Personen, von der dabei gebräuchlichen Trauertracht (*toga sordida*) und Vernachlässigung des Haupthaares und Bartes (*capillus et barba promissa*) entnommen. Vgl. Cic. p. Sest. § 144 *sordidatum et reum*; Liv. XLIV, 19, 7 *sorditati, barba et capillo promisso*; Iust. IV, 4, 1 *sordida veste, capillo barbaque promissis et omni squaloris habitu ad misericordiam commovendam acquisito contionem deformes adeunt.*

6. *ultro inputabant*] Nicht zufrieden damit, dass sie erklärt hätten, dem faktischen Regiment und dem in Rom und Italien anerkannten Fürsten und Kriegsherrn als einfache Kriegsleute unbedingten Gehorsam geleistet und somit nur ihre militärische Schuldigkeit gethan zu haben, schrieben sie sich noch obendrein das Verdienst des Verraths zu. Ueber *inputare* s. zu I, 38, 9; über *ultro* zu I, 7, 8.

spatium longi ante proelium itineris] s. c. 40 *Celso et Paulino abnuentibus militem itinere fessum, sarcinis gravem obicere hosti.*

7. *permixtum vehiculis agmen*] vgl. c. 41 *mixta vehicula et lixae.*

8. *pleraque fortuita*] vgl. c. 41 *praeruptis utrimque fossis via quieto quoque agmini angusta.*

adsignare 'zuschreiben'.

9. *perfidia*] quam necessaria defensione fingebant.

fidem] quam Othoni praestiterant.

11. Ueber *Marius Celsus* s. I, 71. 77. 87. 90; II, 23. 33; über sein Consulat s. zu I, 77, 8.

13. *restitit*] nämlich den Verdächtigungen des Simplex.

postea] s. zu c. 71, 7.

14. *consulatum*] für die Monate November und December des J. 69; s. zu I, 77, 8.

innoxium] i. e. sine exitio Celsi partum, 'an dem keine Schuld haftete'.

15. *Galerius Trachalus* war ein Vetter oder ein Gentile der Galeria Fundana. Ueber das, was man ihm Schuld gab, vgl. I, 90.

Inter magnorum virorum discrimina, pudendum dictu Maric- 61
cus quidam e plebe Boiorum inserere sese fortunae et provocare arma Romana simulatione numinum ausus est. iamque adsertor Galliarum et deus (nam id sibi *nomen* indiderat) concitis octo milibus hominum proximos Aeduorum pagos trahebat, cum gravissima civitas electa iuventute adiectis a Vitellio cohortibus fanaticam multitudinem disiecit. captus in eo proelio Mariccus ac mox feris obiectus, quia non laniabatur, stolidum vulgus inviolabilem credebat, donec spectante Vitellio interfectus est.

Nec ultra in defectores aut bona cuiusquam saevitum: rata 62
fuere eorum, qui acie Othoniana ceciderant, testamenta aut lex intestatis: prorsus, si luxuriae temperaret, avaritiam non timeres. epularum foeda et inexplebilis libido: ex urbe atque Italia inritamenta gulae gestabantur strepentibus ab utroque mari itineribus; exhausti conviviorum apparatibus principes civitatum; vastabantur

61. 1. *discrimen* 'Anfechtung'. *pudendum dictu*] vom Standpunkte des aristokratisch gesinnten Römers von Rang, den Tacitus in seiner politischen Auffassungsweise nirgends verleugnet. Ueber die Voranstellung s. zu c. 41, 9.

2. *Boiorum*] Dieses mit den Helvetiern in Gallien eingewanderte Volk keltischen Stammes hatte sich, von Caesar besiegt, im Lande der Aeduer zwischen Liger (Loire) und Elaver (Allier) angesiedelt.

inserere sese fortunae] 'sich in eine hohe Stellung einzudrängen'. A. VI, 2 *Togonius Gallus, dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit, per deridiculum auditur*. Ueber *fortuna* s. zu I, 10, 14.

3. *simulatione numinum*] 'unter Vorspiegelung göttlicher Eingebungen' (eigtl. Kundgebungen des göttlichen Willens).

adsertor i. e. vindex, σωτήρ.

4. *nomen* hat Andresen hinter *sibi* eingesetzt, während Halm nach Beroaldus *nomen* für *nam* schreibt. Vgl. I, 51 *hoc enim nomen fastidito Vindice indiderant*; A. II, 56 *quod illi vocabulum indiderant*; XII, 27 *cui nomen inditum e vocabulo ipsius*; XIV, 61 *quae* (servitia) *plebis sibi nomen indiderint*.

5. *pagi* 'Landbezirke, Bauerschaften' im Gegensatz zu *civitas*. *trahere* 'plündern', wie A. III, 74 *ne Cirtensium pagi impune traherentur*, nach dem Vorgange von Sall. hist. IV fr. 20, 17 (ed. Kr.) *quin socios amicos . . . trahant excindant*; Cat. 11, 4 *rapere trahere*; Jug. 41, 5 *ducere trahere rapere*.

gravissima civitas] 'die ehrenfeste (gesinnungstüchtige) Stadtgemeinde' von Augustodunum (j. Autun). Dort pflegte die Elite der gallischen Jugend (*electa iuventus*) den Studien obzuliegen; vgl. A. III, 43. 45.

62. 1. *defectores* sind vom Standpunkte des Vitellius betrachtet Othos Anhänger.

in bona saevitum] wie A. IV, 20, 1.

2. *intestatis*] Bei der Intestaterbfolge treten die gesetzlichen Erben das Erbe an.

3. *prorsus* hier 'überhaupt'; s. zu c. 5, 4.

timeres] s. zu I, 10, 7.

4. *foeda*] s. zu I, 7, 6.

5. *strepentibus — itineribus*] 'unter lautem Lärm (der rasselnden Fuhrwerke) auf den Strassen'. Vgl. c. 84 *navium militum armorum paratu strepere provinciae*.

ab utroque mari] et Hadriatico et infero.

6. *conviviorum apparatibus*] Suet. Vit. 13 *nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis milibus nummum constiterunt*. — Ueber *vastare* s. zu I, 61, 3.

ipsae civitates; degenerabat a labore ac virtute miles adsuetudine voluptatum et contemptu ducis. praemisit in urbem edictum, quo vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet, cum de potestate nihil detraheret. pulsi Italia mathematici; cautum severe, ne equites Romani ludo et harena polluerentur. priores id principes pecunia et saepius vi perpulerant; ac pleraque municipia et coloniae aemulabantur corruptissimum quemque adulescentium pretio inlicere.

63 Sed Vitellius adventu fratris et inrepentibus dominationis magistris superbior et atrocior occidi Dolabellam iussit, quem in coloniam Aquinatem sepositum ab Othone rettulimus. Dolabella audita morte Othonis urbem introierat: id ei Plancius Varus praetura functus, ex intimis Dolabellae amicis, apud Flavium Sabinum praefectum urbis obiecit, tamquam rupta custodia ducem se victis partibus ostentasset: addidit temptatam cohortem, quae Ostiae age-

7. *degenerabat a labore*] 'entartet verlor er die Arbeitskraft (Ausdauer)'.

9. *vocabulum Augusti differret, Caesaris non reciperet*] Beide Hoheitstitel waren dem Vitellius vom Senat zuerkannt; vgl. c. 55 *in senatu cuncta longis aliorum principatibus composita statim decernuntur*; I, 62 *Caesarem se appellari etiam victor prohibuit.* Als es mit seiner Macht zur Neige ging, dachte er anders (III, 58). Die Conjunctive erkläre durch *quo se differre — recipere dicebat.*

10. *mathematici*] vgl. Suet. Vit. 14 *iubebat, intra kalendas Octobris urbe Italiaque mathematici excederent.* Ueber die Astrologen und deren wiederholte Ausweisung s. zu I, 22, 8. Ueber den Abl. *Italia* s. zu II, 65, 12.

11. *ludo*] i. e. munere gladiatorio, wie der Zusatz *et harena* andeutet. Vgl. Friedländers Darst. II S. 157 f.

id perpulerant] vgl. IV, 42 *hoc certe Nero non coegit*; Verg. Aen. III, 56 *quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames!* IV, 412 *inprobe amor, quid non mortalia pectora cogis!* So schon Cic. de rep. I, 2, 3 *ille civis, qui id cogit omnis imperio legumque poena, quod vix paucis persuadere oratione philosophi possunt.*

14. *inlicere*] Der Inf. bei *aemulor* kommt sonst nicht vor; vgl. zu III, 61, 4.

63. 1. *dominationis*] s. zu c. 38, 8.

3. *rettulimus*] s. I, 88.

4. *M. Plancius Varus* war unter Vespasians Regierung Proconsul von Bithynien, welche zum Ressort des Senats gehörige Provinz von einem gewesenen Prätor verwaltet wurde. S. Nipperdey zu A. I, 74.

5. Ueber *Dolabella* s. zu I, 88, 1.

6. *praefectum urbis*] Die praefectura urbis, welche i. J. 25 v. Chr. in Augustus Abwesenheit zuerst vorübergehend eingesetzt, dann seit 26 n. Chr. von Tiberius als ein stehendes Amt errichtet worden war, wurde vom Kaiser mit Consularen auf unbestimmte Zeit besetzt. Im Namen des Kaisers hatte der Stadtpräfekt über Aufrechthaltung der Ruhe in der Hauptstadt und im Umkreis derselben bis auf 100 röm. Meilen Entfernung zu wachen. Ursprünglich fiel nur die Aburtheilung derjenigen Vergehen in seinen Geschäftskreis, durch welche die öffentliche Ruhe und Ordnung gestört wurde, allmählich aber wurde sein Ressort über die ganze Criminalgerichtsbarkeit ausgedehnt. Vgl. A. VI, 11. Mommsen R. Staatsr. I S. 980 ff.

tamquam] s. zu I, 8, 9.

7. *temptare* 'sondieren, zu verführen (gewinnen) suchen'.

cohortem, quae Ostiae ageret] sc. septumam decumam civium Romanorum (I, 80, 2).

ret; nec ullis tantorum criminum probationibus in paenitentiam versus seram veniam post scelus quaerebat. cunctantem super tanta re Flavium Sabinum Triaria L. Vitellii uxor ultra feminam ferox terruit, ne periculo principis famam clementiae adfectaret. Sabinus suopte ingenio mitis, ubi formido incessisset, facilis mutatu et in alieno discrimine sibi pavens, ne adlevasse videretur, inpulit ruentem.

64 Igitur Vitellius metu et odio, quod Petroniam uxorem eius mox Dolabella in matrimonium accepisset, vocatum per epistulas vitata Flaminiae viae celebritate devertere Interamnium atque ibi interfici iussit. longum interfectori visum: in itinere ac taberna proiectum humi iugulavit magna cum invidia novi principatus,

8. *nec*] Die in *nec* enthaltene Negation gehört zum Abl. abs., während die copulative Partikel den neuen Hauptsatz anknüpft. S. zu I, 71, 8.

9. *seram veniam*] Zu spät suchte er, nachdem die Mordthat an Dolabella bereits verübt war, Begnadigung für ihn zu erwirken.

10. *L. Vitellius* war des Imperators Bruder (c. 54. I, 88).

11. *terrere* als Causativum zu *timere* und *horrere* mit *ne* verbunden (Hor. od. I, 2, 5 *terruit gentes, grave ne rediret saeculum Pyrrhae nova monstra questae*) grenzt hier an die Bedeutung von *deterrere*. Vgl. III, 42 *ne Galliam temere ingrederetur, monendo terruit*; dagegen I, 40 *terruere, quominus* etc.

periculo principis] 'auf Kosten der Sicherheit des Fürsten'. Vgl. Cic. p. Mil. § 41 *hunc . . . periculo capitis non dubitavit occidere*. Anders I, 71 *clementiae titulus e viro claro et partibus inviso petebatur*, wo durch die Präposition *e* gleichsam die Quelle und Veranlassung bezeichnet wird, welche man ausbeuten wollte, um Otho in den Ruf der Grossmuth zu bringen.

12. *incessisset*] von *incedere*, in der Bedeutung 'Platz greifen, aufkommen, auftreten', wie A. III, 26 *pro modestia ac pudore ambitio et vis incedebat*; c. 36 *incedebat deterrimo cuique licentia*; H. III, 27 *incesserat cunctatio, ni duces . . Cremonam monstrassent*; A. I, 55 *spes incesserat dissidere hostem*; II, 51 *certamen incessit*; III, 71 *incessit religio, quonam in templo locandum foret donum*; VI, 21 *si vanitatis aut fraudum suspicio incesserat*; so namentlich von Gerüchten öfters, wie H. IV, 54. A. I, 5. II, 55. IV, 46. VI, 23. XIII, 54. Ebenso bei Sall. Liv. Curt. absolut gebraucht. — Ueber den Conj. s. zu I, 10, 7.

13. *inpulit ruentem*] Dolabellam. Vgl. Cic. p. Cluent. §. 70 *praecipitantem igitur impellamus, inquit, et perditum prosternamus*.

64. 1. *Petronia*, die erste Gemahlin des Vitellius, war die Tochter des Consularen P. Petronius Turpilianus, der unter Tiberius (19 n. Chr.) cons. suff., 9 Jahre Proconsul von Asien (zwischen 26 u. 30), legatus pro praetore von Syrien (39—42) gewesen und unter Claudius gestorben war. Nach Borghesi. Wegen dieser vornehmen Verbindung erblickte Vitellius in ihm einen Prätendenten. Aus dem nämlichen Grunde beargwöhnte Tiberius den Asinius Gallus (A. I, 12).

eius] s. zu c. 9, 5.

2. *epistulas*] s. zu I, 67, 7.

3. *viae Flaminiae*] s. zu I, 86, 16. *Interamnium*, gewöhnlich *Interamna* genannt, in Umbrien, das heutige Terni. Von Narnia zweigte sich eine weniger besuchte Seitenstrasse ab, welche auf Interamna zu führte.

5. *novi principatus* etc.] So heisst es vom Regierungsantritt des Tiberius A. I, 6 *primum facinus novi principatus fuit Postumi Agrippae caedes*. Vgl. XIII, 1 *prima novo principatu* (Neronis) *mors Iuni Silani paratur*.

cuius hoc primum specimen noscebatur. et Triariae licentiam modestum e proximo exemplum onerabat, Galeria imperatoris uxor non inmixta tristibus; et pari probitate mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris: dixisse quin etiam ad primas filii sui epistulas ferebatur, non Germanicum a se sed Vitellium genitum. nec ullis postea fortunae inlecebris aut ambitu civitatis in gaudium evicta domus suae tantum adversa sensit.

65 Digressum a Luguduno Vitellium Cluvius Rufus adsequitur omissa Hispania, laetitiam et gratulationem vultu ferens, animo anxius et petitum se criminationibus gnarus. Hilarius Caesaris libertus detulerat, tamquam audito Vitellii et Othonis principatu propriam ipse potentiam et possessionem Hispaniarum temptasset eoque

6. *modestum e proximo exemplum*] 'ein Muster von Anspruchslosigkeit in nächster Umgebung'. Vgl. IV, 85 *e proximo ostentare.*

7. *onerabat*] s. zu I, 6, 2.

Galeria Fundana, des Vitellius zweite Gemahlin war die Tochter eines gewesenen Prätor (Suet. Vit. 6).

8. *non inmixta tristibus*] 'unbetheiligt an finstern Thaten'.

Sextilia] *probatissima nec ignobilis femina* (Suet. Vit. 3). Vgl. über sie III, 67 *paucis ante diebus opportuna morte excidium domus praevenit, nihil principatu adsecuta nisi luctum et bonam famam.*

9. *quin etiam*] s. zu c. 17, 10.

10. *Germanicum*] In der Ueberschrift des Briefes hatte er sich *Germanicus* gezeichnet.

11. *ambitus* 'Huldigungen'. Der Kaiserin Mutter wurde von allen Seiten der Hof gemacht. S. zu c. 92, 6.

evicta] ein Lieblingsausdruck des Tac. zur Bezeichnung des überwältigten Gefühls mit dem Nebenbegriff des sich sträubens. Vgl. A. I, 57 *evicta in lacrimas*; XI, 37 *evicta ad miserationem*; XV, 64 *blandimentis vitae evicta*; IV, 57 *precibus uxoris evictus*; Verg. Aen. IV, 474 *ergo ubi concepit furias evicta dolore.*

65. 1. *a Luguduno*] s. c. 59.

Cluvius Rufus] derselbe, welcher eben noch die seiner Provinz und der Sache des Vitellius drohende Gefahr abgewendet hatte (c. 58 f.).

2. *vultu ferens*] 'mit dem Ausdruck — in den Mienen'; *animo* ist des Gegensatzes zu *vultu* halber hinzugesetzt.

3. *Hilarius Caesaris libertus*] wahrscheinlich procurator Augusti in Hispania Tarraconensis und als solcher Chef der Finanzverwaltung der kaiserlichen Provinz (Marquardt R. Staatsverw. I S. 414). Freigelassene an der Spitze der Verwaltung des kaiserlichen Provinzialfiscus sind keine seltene Erscheinung. Unter 80 solchen aus Inschriften bekannten Provinzialprocuratoren befinden sich 8 Freigelassene. Dass ein Freigelassener des Vitellius gemeint sei, verbietet der Zusatz *Caesaris,* welchen Hoheitstitel Vitellius nicht angenommen hatte (c. 62).

4. *tamquam*] s. zu I, 8, 9.

Vitellii et Othonis] weil die Nachrichten über beider Regierungantritt aus Germanien und von Rom wol gleichzeitig in Tarraco, der Residenz des Statthalters, eingetroffen waren.

5. *potentiam*] weil der angebliche Versuch des Cluvius, sich zum unabhängigen Herrscher von Spanien zu machen, als Usurpation eine faktische Machtstellung, keine amtliche Regierungsgewalt begründet haben würde. S. zu I, 1, 5.

temptasset] weil der Ankläger, nur auf einen schwachen Indicienbeweis gestützt, nichts weiter behaupten konnte, als dass Cluvius das Terrain durch vorbereitende Massregeln sondiert habe. So sollte einer der angeblich ausgestreckten Fühler darin bestehen, dass Cluvius es unterlassen habe, im Eingang

diplomatibus nullum principem praescripsisset; *et* interpretabatur quaedam ex orationibus eius contumeliosa in Vitellium et pro se ipso popularia. auctoritas Cluvii praevaluit, ut puniri ultro libertum suum Vitellius iuberet. Cluvius comitatui principis adiectus non adempta Hispania, quam rexit absens exemplo L. Arrunti. eum Tiberius Caesar ob metum, Vitellius Cluvium nulla formidine retinebat. non idem Trebellio Maximo honos: profugerat Britannia ob iracundiam militum; missus est in locum eius Vettius Bolanus e praesentibus.

79 Initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum festinante Tiberio Alexandro, qui kalendis Iuliis sacramento eius legiones adegit. isque primus principatus dies in posterum celebratus, quamvis Iudaeicus exercitus quinto nonas Iulias apud ipsum iurasset eo ardore, ut ne Titus quidem filius expectaretur, Suria remeans et consiliorum inter Mucianum ac patrem nuntius. cuncta impetu militum acta, non parata contione, non coniunctis legionibus.

80 Dum quaeritur tempus locus, quodque in re tali difficillimum est, prima vox, dum animo spes timor, ratio casus obversantur, egressum cubiculo Vespasianum pauci milites, solito adsistentes ordine ut legatum salutaturi, imperatorem salutavere: tum ceteri adcurrere, Caesarem et Augustum et omnia principatus vocabula

17. *datur tibi*] 'beschieden ist dir'; *termini* ist der eigentliche Ausdruck für die Marksteine ländlichen Grundbesitzes.

18. *excipere* 'auffassen, aufgreifen'; s. zu III, 73, 17.

tunc aperiebat] 'fand jetzt den Schlüssel dazu'.

20. *discessere*] s. zu c. 30, 14.

21. *Antiochia* am Orontes (j. Antakia), die Residenz des legatus Augusti pro praetore von Syrien; *Caesarea*, der Sitz der römischen Verwaltung unter dem Procurator von Judaea, von Herodes dem Grossen dem Caesar Augustus zu Ehren so benannt, früher Turris Stratonis (Plin. n. h. V, 12 (14), 69), jetzt Caesarieh. Die eigentliche Hauptstadt des Landes war Hierosolyma bis zu ihrer Zerstörung i. J. 70 n. Chr. (V, 8, 2).

illa — hoc] Im ersten Gliede als dem von *caput* entfernteren ist die Attraction vernachlässigt, im zweiten dagegen beobachtet. S. Nipperdey zu A. I, 49.

79. 1. *initium — coeptum*] s. zu I, 39, 10.

2. *Tiberius Alexander* hatte sich mit Vespasian verständigt (c. 74, 5).

3. *legiones*] s. zu I, 11, 1.

4. *Iudaeicus*] s. zu I, 10, 11.

quinto] So ist die Sigle V. aufzulösen; s. im krit. Anhang zu I, 57, 6.

5. *Suria remeans*] Der Abl. bei Ländernamen auf die Frage woher, wie A. I, 3 *remeantem Armenia*; III, 11 *rediens Illyrico*. S. Nipperdey zu A. II, 69.

7. *acta*] 'ging vor sich'; vgl. I, 46 *omnia deinde arbitrio militum acta*.

80. 1. *quodque*] Voranstellung des appositionellen Relativsatzes, wie I, 29, 15. 33, 8. IV, 68, 8.

2. *prima vox* etc.] Man sah sich nach einem um, der den ersten Ruf wagen würde; hatte doch Vespasian erst vor kurzem die Legionen für Vitellius in Eid und Pflicht genommen (c. 74).

spes timor, ratio casus] s. zu I, 3, 8; über die Bedeutung von *ratio* vgl. zu II, 19, 9.

4. *ut legatum salutaturi*] Die Ehrenwache sollte eigentlich dem legatus Augusti den gewohnten Morgengruss zurufen.

5. *vocabulum* 'Titel', wie c. 58, 12. 62, 9. Vgl. auch IV, 14 *varia praedandi vocabula*.

cumulare. mens a metu ad fortunam transierat: in ipso nihil tumidum adrogans aut in rebus novis novum fuit. ut primum tantae altitudinis obfusam oculis caliginem disiecit, militariter locutus laeta omnia et affluentia excepit; namque id ipsum opperiens Mucianus alacrem militem in verba Vespasiani adegit. tum Antiochensium theatrum ingressus, ubi illis consultare mos est, concurrentes et in adulationem effusos adloquitur, satis decorus etiam Graeca facundia omniumque, quae diceret atque ageret, arte quadam ostentator. nihil aeque provinciam exercitumque accendit, quam quod adseverabat Mucianus statuisse Vitellium, ut Germanicas legiones in Suriam ad militiam opulentam quietamque transferret, contra Suriacis legionibus Germanica hiberna caelo ac laboribus dura mu-

6. *mens a metu* etc.] Die Stimmung der Soldaten hatte sich sofort der Besorgnis entschlagen und einem glücklichen Ausgange (des Pronunciamentos) zugewandt. Zur Prägnanz der Wortbedeutung von *fortuna* vgl. II, 74 *prout velint, plus minusve sumi ex fortuna*; III, 43 *Paulinus . . . Vespasiano ante fortunam amicus*; A. I, 31 *mente ambigua fortunam seditionis alienae speculabantur* (legiones). Auch I, 10, 15 lässt sich *post fortunam* durch 'nach dem Erfolge' (d. i. nach der Erhebung auf den Thron) erklären. Ueber die Bedeutung des Plpf. s. zu II, 5, 12.

in ipso nihil — fuit] Er für seine Person war in den neuen Verhältnissen der alte geblieben. Ueber *tumidum* s. zu c. 30, 13.

7. *ut primum tantae altitudinis obfusam oculis caliginem disiecit*] 'sobald er das erste Gefühl der Ueberraschung über die so hohe Stellung, welche ihn blenden musste, überwunden hatte'. Vgl. Liv. XXVI, 45, 3 *cum altitudo caliginem oculis offudisset*. Da Tac. unzweifelhaft diese Stelle im Sinne gehabt hat, als er die von Liv. in ihrer ursprünglichen Bedeutung gebrauchte Redewendung ins figürliche übertrug, so scheint Trillers Aenderung der Lesart des Med. *multitudinis* gerechtfertigt.

8. *militariter*] vgl. Quint. XI, 1, 32 *simpliciora militares decent*; Liv. IV, 41, 1 *adversus haec Tempanii oratio incompta fuisse dicitur, ceterum militariter gravis, non suis vana laudibus, non crimine alieno laeta.*

laeta omnia — excipit] 'er nahm von allen Seiten freudig zuströmende Huldigungsrufe entgegen', d. h. er empfing von allen Seiten Beweise freudigen Entgegenkommens und begeisterter Hingebung. Ueber *laeta omnia* s. zu c. 74, 3.

9. *id ipsum*] die Nachrichten über diese Vorgänge in Vespasians Hauptquartier zu Caesarea.

11. *ubi illis consultare mos est*] nach griechischem Brauche; war doch Antiochia eine von Seleucus Nicator gegründete Griechenstadt. Vgl. Cic. p. Flacc. § 16 *Graecorum totae res publicae sedentis* (in theatro) *contionis temeritate administrantur*; Nep. Timol. 4 *veniebat in theatrum, cum ibi concilium populi haberetur*; Front. strat. III, 2, 6 *Alcibiades in theatro disseruit, ubi ex more Graecorum locus consultationi praebebatur.*

13. *arte quadam ostentator*] i. e. artificiose ostentator oder ostentandi artifex (wie c. 86 *serendae in alios invidiae artifex*), 'der die Kunst verstand zur Schau zu tragen'. Vgl. Liv. XXVI, 19, 3 *fuit Scipio non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab iuventa in ostentationem earum compositus.*

17. *legionibus*] Ueber den Dativ s. zu I, 11, 8.

mutarentur] s. Zumpt § 456.

tarentur. quippe et provinciales sueto militum contubernio gaudebant, plerique necessitudinibus et propinquitatibus mixti, et militibus vetustate stipendiorum nota et familiaria castra in modum penatium diligebantur.

81 Ante idus Iulias Suria omnis in eodem sacramento fuit. accessere cum regno Sohaemus haud spernendis viribus, Antiochus vetustis opibus ingens et inservientium regum ditissimus. mox per occultos suorum nuntios excitus ab urbe Agrippa ignaro adhuc Vitellio celeri navigatione properaverat. nec minore animo regina Berenice partes iuvabat, florens aetate formaque et seni quoque Vespasiano magnificentia munerum grata. quidquid provinciarum adluitur mari Asia atque Achaia tenus quantumque introrsus in Pontum et Armenios patescit, iuravere; sed inermes legati regebant

19. *necessitudines*, wie so oft bei Cicero, von engen Verbindungen und freundschaftlichen Beziehungen.

militibus] s. zu I, 11, 8.

20. *in modum penatium*] 'wie Haus und Herd'. S. zu III, 68, 17.

81. 2. *Sohaemus*, Fürst von Emesa in Syrien, hatte von Nero im Jahre 54 n. Chr. das Königreich Sophene zwischen Cappadocien und Armenien erhalten (A. III, 7). Verschieden von diesem S. ist der gleichnamige Fürst der Ituräer im Norden von Palaestina, der A. XII, 23 erwähnt wird, vielleicht sein Vater. Ueber den attributiven Abl. qual. *haud spernendis viribus* vgl. c. 58, 4.

Antiochus, aus dem Hause der Seleuciden, König von Commagene und einem Theile Ciliciens, wurde i. J. 72 n. Chr. von Vespasian seines Thrones entsetzt und sein väterliches Reich zur römischen Provinz gemacht. — Ueber das Asyndeton bei Personennamen mit einer Apposition s. zu I, 13, 1.

3. *opes* im Gegensatz zu *vires* ('Streitkräfte, Truppenmacht') sind Hilfsquellen, Geldmittel, wie c. 32 *publicas privatasque opes et inmensam pecuniam*.

inserviens 'unterthänig'.

4. *Herodes Agrippa*, Sohn des im Jahre 44 n. Chr. verstorbenen Herodes Agrippa, Bruder der Z. 6 erwähnten Berenice, Urenkel Herodes des Grossen. Nach dem Tode seines Vaters wurde Judaea dem römischen Reiche einverleibt und einem eigenen Procurator zur Verwaltung untergeben; die Oberaufsicht führte der legatus Augusti pro praetore der Provinz Syrien. Herodes Agrippa der Sohn erhielt 48 n. Chr. von Claudius die Herrschaft seines damals verstorbenen Oheims Herodes, Fürsten von Chalkis in Syrien, die er später gegen die Ost-Jordanlande (s. zu V, 9, 11) austauschte, während sein Vetter Aristobulus, der Sohn des Herodes von Chalkis, von Nero i. J. 54 n. Chr. mit dem Fürstenthum Kleinarmenien entschädigt wurde. Vgl. Nipperdey zu A. XII, 23 und XIII, 7. Ueber Agrippas Sendung nach Rom berichtet Hegesippus IV, 21: *sententiam novi principis* (Galbae) *de bello Iudaeorum sciscitari Vespasiano consilium fuit, misitque Titum filium et regem Agrippam. Titus de Achaia revertit* (vgl. H. II, 1), *Agrippa Romam contendit, ut apud novum principem locaret gratiam.*

6. *Berenice*] s. zu c. 2, 2.

aetate] vgl. zu c. 86, 15.

9. *inermes*] 'ohne Waffenmacht'; von Ländern s. v. a. 'von Truppen entblösst' (c. 83. I, 11. III, 5). Marquardt R. Staatsverw. II S. 516 ff.

regebant] absolut, wie c. 12, 6. A. XIII, 3. Dial. 41.

nondum additis Cappadociae legionibus. consilium de summa rerum Beryti habitum. illuc Mucianus cum legatis tribunisque et splendidissimo quoque centurionum ac militum venit et e Iudaeico exercitu lecta decora: tantum simul peditum equitumque et aemulantium inter se regum paratus speciem fortunae principalis effecerant.

Prima belli cura agere dilectus, revocare veteranos; desti- 82
nantur validae civitates exercendis armorum officinis, apud Antiochenses aurum argentumque signatur, eaque cuncta per idoneos ministros suis quidque locis festinabantur. ipse Vespasianus adire hortari, bonos laude, segnes exemplo incitare saepius quam coercere, vitia magis amicorum quam virtutes dissimulans. multos praefecturis et procurationibus, plerosque senatorii ordinis honore percoluit, egregios viros et mox summa adeptos; quibusdam fortuna pro virtutibus fuit. donativum militi neque Mucianus prima

10. *nondum additis Cappadociae legionibus*] Erst Vespasian bestellte wegen der fortwährenden Einfälle der benachbarten Barbaren zum Statthalter von Cappadocien einen Consularen als legatus Augusti pro praetore (Suet. Vesp. 8). Bis dahin war das Land, seitdem es im J. 17 n. Chr. unter Tiberius dem Reiche einverleibt war, von einem Procurator aus dem Ritterstande verwaltet worden. Vgl. Suet. a. a. O. Dio LVII, 17.

summa rerum 'die gesammte Lage, das ganze Unternehmen', wie III, 50 *iter sistunt de summa rerum cunctantes;* Caes. b. c. II, 30. III, 51. Vgl. zu c. 33, 11.

11. *Berytus,* Seestadt in Phoenice, in der Mitte zwischen Antiochia, der Residenz Mucians, und dem Hauptquartier Vespasians zu Caesarea gelegen. Unter Augustus in eine römische Colonialstadt umgewandelt führte sie den offiziellen Namen Julia Augusta Felix Berytus, j. Beirut.

12. *splendidissimo quoque centurionum*] i. e. qui rebus bene gestis phaleras torques aliaque ornamenta militaria meruerant iisque decoribus splendebant. S. zu c. 89, 10.

13. *lecta decora*] 'auserlesene Leute in ihrem Kriegerschmuck'; vgl. c. 11 *lecta corpora.* Ueber das Abstr. statt des Concr. s. Draeger Synt. § 3.

14. *regum*] Sohaemi, Antiochi, Agrippae. Ueber *paratus* s. zu c. 59, 9.

speciem fortunae principalis] 'die äussere Erscheinung' d. i. 'ein Bild fürstlicher Hoheit'. Ueber *fortuna* s. zu c. 59, 17.

82. 1. *revocare* 'wieder einberufen', wie bei Orelli Inscr. lat. n. 3580 *inter ceteros conveteranos revocatus;* Cic. acc. in Verr. V § 80.

2. *exercere* 'in Betrieb setzen'.

4. *quidque*] So, nicht *quodque* ist statt *quoque* (im Med.) zu lesen. Neue Formenl. II S. 243 f.

5. *coercere* 'einschreiten', mit Strafen; vgl. G. 25 *verberare servum ac vinculis et opere coercere.*

6. *dissimulans*] s. zu c. 71, 8.

7. *procurationibus*] i. e. procuratorum muneribus et officiis. Marquardt R. Staatsverw. II S. 296. I S. 414.

plerosque] s. zu I, 5, 9.

8. *summa* 'der höchste Rang', wie c. 75 *summa militiae.* Gemeint sind das Consulat und Statthalterschaften.

9. *pro virtutibus fuit*] 'ersetzte die guten Eigenschaften'.

neque in ungewöhnlicher Weise mit dem steigernden *ne — quidem* coordiniert; nach doppeltem *neque* G. 7. 44. Cic. Phil. III § 3. [Ebenso

contione nisi modice ostenderat, ne Vespasianus quidem plus civili bello obtulit, quam alii in pace, egregie firmus adversus militarem largitionem eoque exercitu meliore. missi ad Parthum Armeniumque legati provisumque, ne versis ad civile bellum legionibus terga nudarentur. Titum instare Iudaeae, Vespasianum obtinere claustra Aegypti placuit: sufficere videbantur adversus Vitellium pars copiarum et dux Mucianus et Vespasiani nomen ac nihil arduum fatis. ad omnes exercitus legatosque scriptae epistulae praeceptumque, ut praetorianos Vitellio infensos reciperandae militiae praemio invitarent.

83 Mucianus cum expedita manu, socium magis imperii quam ministrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur, neque tamen properans gliscere famam ipso spatio sinebat, gnarus modicas vires sibi et maiora credi de absentibus; sed legio sexta et tredecim vexillariorum milia ingenti agmine sequebantur.

ist A. I, 4 an einen Satz mit *et* statt *neque* ein weiteres Glied mit *ne — quidem* in der Form der Steigerung angefügt, wenn dort nicht vielmehr ein zweites *et* hinter *regnatrice* ausgefallen ist.]

10. *modice* 'in beschränkter Weise, in geringem Masse'.

11. *alii in pace*] wie Claudius (A. XII, 41. Suet. Claud. 10), Nero (A. XII, 69. Dio LXI, 3).

militarem largitionem] Das Adj. hat Tac. wol deswegen statt des Gen. obi. (wie I, 46 *vulgi largitione*) gewählt, weil *militum* doppelsinnig sein würde; ebenso A. III, 72 *publicam largitionem* statt *l. rei publicae*; I, 10 *comparatio deterrima* statt *c. deterrimi hominis*.

12. *eoque exercitu meliore*] 'und darum von besserem Heere', d. h. im Besitz eines besseren Heeres. Bemerke die Verbindung des Adj. mit dem eigenthümlichen Abl. qual. wie Nep. Eum. 3 *peditatu, quo erat* (Eumenes) *deteriore*.

Parthum Armeniumque] der Sing. des Volksnamens collectiv, wie III, 59 *erectus Samnis Paelignusque*.

14. *claustra Aegypti*] 'die Schlüssel zu Aegypten', nämlich die Land- und Seefestung Alexandria und Pelusium. Vgl. A. II, 59 *claustra terrae ac maris*; Auct. b. Alex. 26 *tota Aegyptus maritumo accessu Pharo, pedestri Pelusio velut claustris munita existimatur*.

16. *nihil arduum fatis*] 'der Umstand, dass dem Schicksal nichts allzuschwierig (d. i. unmöglich) ist', eine Brachylogie, bei der das Pron. Neutr. mit einem Adj. die Stelle eines Substantivsatzes vertritt. Vgl. A. III, 9 *celebritate loci nihil occultum* ('dass bei der Belebtheit des Orts nichts verborgen blieb'); XII, 35 *nihil nisi atrox . . . terrebat*; H. II, 5 *cuncta privatum modum supergressa*; III, 64 *omnia prona victoribus*; IV, 68 *cuncta in deterius audita*.

18. *reciperandae militiae*] Dativ. Zur Sache vgl. c. 67.

83. 2. *socium — agens*] wie A. XVI, 28 *agere senatorem*.

3. *ipso spatio*] 'durch die blosse (räumliche) Entfernung'. Zum Gedanken vgl. Agr. 30 *omne ignotum pro magnifico est*.

5. *tredecim vexillariorum milia*] Da die dritte Legion bereits seit der letzten Zeit von Neros Regierung in Mösien sich befand und jetzt die sechste Ferrata mit dem Adler sich in Marsch setzte, so kamen auf die Detachements (*vexilla*) der übrigen fünf Legionen Syriens und Judaeas im Durchschnitt je 2600 Mann, ein Verhältnis, welches

classem e Ponto Byzantium adigi iusserat, ambiguus consilii, num omissa Moesia Dyrrachium pedite atque equite, simul longis navibus versum in Italiam mare clauderet, tuta pone tergum Achaia Asiaque; quas inermes exponi Vitellio, ni praesidiis firmarentur, atque ipsum Vitellium in incerto fore, quam partem Italiae protegeret, si [sibi] Brundisium Tarentumque et Calabriae Lucaniaeque litora infestis classibus peterentur.

Igitur navium militum armorum paratu strepere provinciae, 84
sed nihil aeque fatigabat quam pecuniarum conquisitio: eos esse belli civilis nervos dictitans Mucianus non ius aut verum in cognitionibus, sed solam magnitudinem opum spectabat. passim delationes, et locupletissimus quisque in praedam correpti. quae gravia atque intoleranda, sed necessitate armorum excusata etiam in pace mansere, ipso Vespasiano inter initia imperii ad obtinendas

den sonstigen Angaben über die Stärke solcher Legionsabtheilungen ziemlich entspricht. Vgl. c. 11. *fuere quattuor legiones, e quibus bina milia praemissa*; c. 57 *ipse e Britannico exercitu* (trium legionum) *delecta octo milia sibi adiunxit.* Ueber die Bedeutung von *vexillarii* s. zu I, 31, 16.

6. *classem e Ponto*] Genauer III, 47 *lectissimas Liburnicarum omnemque militem* (sc. classicum) *Mucianus Byzantium adegerat.*

ambiguus consilii wie IV, 21, 2; über den Gen. relationis s. Draeger Synt. § 71, b.

num] 'ob nicht', s. zu c. 37, 3.

7. *Dyrrachium* in Epirus (j. Durazzo) lag Brundisium (j. Brindisi) gegenüber.

8. *clauderet* 'absperren sollte' steht zu *Dyrrhachium pedite atque equite* zeugmatisch für den allgemeinen Begriff *obtineret.*

9. *quas — exponi*] relativisch angeknüpfter Hauptsatz in oratio obliqua.

praesidia] 'Aufstellung von Truppen', wie c. 98, 8. III, 82. IV, 55.

atque steigernd im Zusatze. Nägelsbach lat. Stil. § 193, 2, c.

10. *sibi*] ist wol durch eine Art Dittographie und darauf folgende Verderbung aus *si brundisium* entstanden.

11. *infestis classibus peterentur*] 'durch Schiffsgeschwader feindlich bedroht würden'. Ueber die active Bedeutung von *infectus* s. zu I, 31, 15 und II, 36, 9.

84. 1. *strepere provinciae* ist mit derselben Kühnheit der Metapher gesagt, wie c. 62 *strepentibus ab utroque mari itineribus.*

2. *fatigabat*] 'machte zu schaffen, plagte'. Das Object ergibt sich aus dem vorhergehenden *provinciae:* ebenso V, 3 *sed nihil aeque quam inopia aquae fatigabat*; vgl. II, 39, 8.

3. *nervos*] i. e. vires et robur. Zum Gedanken vgl. c. 32 *pecuniam inter civiles discordias ferro validiorem*, zum Ausdruck Cic. Phil. V § 5 *nervos belli, pecuniam infinitam.*

verum 'der (wirkliche) Sachverhalt'.

4. *passim*] s. zu c. 44, 1. Erg. dazu *fiebant;* s. zu I, 65, 3.

5. *correpti*] Das Prädicat im Plural bei *quisque* mit dem Superlativ, wie unten *rarissimus quisque . . . habuerunt*; s. zu I, 35, 5.

7. *ad obtinendas iniquitates*] 'um Ungerechtigkeiten (ungerechten Ansprüchen) Geltung zu verschaffen, durchzusetzen', nach Analogie der Rechtsformel *ius suum obtinere* gesagt; vgl. A. III, 52 *indecorum* (esset) *adtrectare, quod non obtineret.*

iniquitates haud perinde obstinante, donec indulgentia fortunae et pravis magistris didicit aususque est. propriis quoque opibus Mucianus bellum iuvit largus privatim, quo avidius de re publica sumeret. ceteri conferendarum pecuniarum exemplum secuti, rarissimus quisque eandem in reciperando licentiam habuerunt.

85 Adcelerata interim Vespasiani coepta Illyrici exercitus studio transgressi in partes. tertia legio exemplum ceteris Moesiae legionibus praebuit: octava erat ac septima Claudiana, imbutae favore Othonis, quamvis proelio non interfuissent. Aquileiam progressae proturbatis, qui de Othone nuntiabant, laceratisque vexillis nomen Vitellii praeferentibus, rapta postremo pecunia et inter se divisa hostiliter egerant. unde metus et ex metu consilium, posse imputari Vespasiano, quae apud Vitellium excusanda erant. ita tres Moesicae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum aut abnuenti vim parabant. in eo motu Aponius Saturninus Moesiae rector pessimum facinus audet, misso centurione ad interficiendum Tettium Iulianum septimae legionis legatum ob simultates, quibus

8. *haud perinde* 'nicht gerade sehr, nicht besonders', wie οὐχ ὁμοίως. Das ursprünglich dazu gedachte Vergleichungsglied ist ausgefallen, wie IV, 62 *intra vallum deformitas haud perinde notabilis* (sc. atque extra); A. II, 88 *Romanis haud perinde celebris* (Arminius); Agr. 10 *mare pigrum et grave remigantibus perhibent ne ventis quidem perinde attolli.* Mehr bei Nipperdey zu A. II, 88.

obstinare intransitiv, wie Liv. XXIII, 29 *obstinaverant animis aut vincere aut mori.*

indulgentia fortunae] 'durch Glück verwöhnt'; vgl. c. 99 *nimia fortunae indulgentia.*

9. *didicit*] Ueber die mit den Jahren immer stärker hervortretende Habsucht Vespasians vgl. Suet. Vesp. 16. 23. Dio LXVI, 14.

10. *quo*] statt der Lesart des Med. *quod,* zu welchem Acc. das Beziehungswort fehlt, da *largus* doch nicht für *largiens* gesagt werden kann.

11. *rarissimus quisque* 'nur ganz vereinzelte' d. i. sehr wenige; vgl. I, 81, 10.

12. *reciperare* 'sich bezahlt machen'.

85. 2. *tertia legio*] vgl. c. 74, 5.

3. *Claudiana*] Dieser Beiname stammte aus der Zeit der Empörung des Statthalters von Dalmatien, Furius Camillus Scribonianus, wo diese Legion nebst der elften dem Claudius treu blieb (42 n. Chr.). Dio LX, 15.

4. *Aquileiam*] vgl. c. 46, 15.

5. *proturbare* 'fortjagen', wie I, 31, 16. 60, 8.

de Othone] sc. mortuo. Vgl. Suet. Vesp. 6.

vexillis] weil es nicht die vollen Legionen mit dem Adler, sondern blosse Detachements mit dem Vexillum waren. Genaueres Detail über die meuterischen Vorgänge bei Suet. Vesp. 6.

6. *pecunia* 'die Kriegskasse'.

7. *consilium* 'die Ueberlegung'. Zur Construction vgl. III, 8 *adiciebat imperio consilium . . . posse Vitellii exercitum . . . subigi.*

imputari] s. zu I, 38, 9.

8. *excusanda erant*] Welcher Modus entspricht im Deutschen dieser Ausdrucksweise?

ita 'so kam es, dass'. S. zu I, 45, 11.

10. *abnuenti*] in hypothetischem Sinne.

11. *rector*] s. zu c. 59, 10.

12. *Tettium Iulianum*] s. I, 79. IV, 39.

causam partium praetendebat. Iulianus comperto discrimine et gnaris locorum adscitis per avia Moesiae ultra montem Haemum profugit nec deinde civili bello interfuit, per varias moras susceptum ad Vespasianum iter trahens et ex nuntiis cunctabundus aut properans.

86 At in Pannonia tertia decuma legio ac septima Galbiana dolorem iramque Bedriacensis pugnae retinentes haud cunctanter Vespasiano accessere vi praecipua Primi Antonii. is legibus nocens et tempore Neronis falsi damnatus inter alia belli mala senatorium ordinem reciperaverat. praepositus a Galba septimae legioni scriptitasse Othoni credebatur ducem se partibus offerens; a quo neglectus in nullo Othoniani belli usu fuit. labantibus Vitellii rebus Vespasianum secutus grande momentum addidit, strenuus manu, sermone promptus, serendae in alios invidiae artifex, discordiis et

13. *praetendere* alicui rei aliquid 'eine Sache womit bemänteln'.

15. *deinde*] S. zu c. 50, 9.

16. Das Verbaladjectiv *cunctabundus* steht wie A. I, 7 nach dem Vorgange von Liv. VI, 7, 2.

86. 1. *tertia decuma*] Nach Ausführung der Amphitheaterbauten zu Cremona und Bononia (c. 67) war die Legion in ihren Garnisonsort Poetovio (III, 1) zurückgeschickt. *Galbiana* hiess die VII. Legion, weil sie von Galba, *Hispana*, weil sie aus spanischen Provincialen errichtet war. S. zu I, 6, 8.

dolor 'Unmuth, Aerger'.

3. *Antonius Primus* war Legat der VII. legio Galbiana. Vgl. Suet. Vit. 18 *cui* (Antonio) *Tolosae nato cognomen in pueritia Becco fuerat, id valet gallinacei rostrum.* Zur Stellung des Cognomen vor dem Gentilnamen vgl. c. 91 *Priscus Helvidius*. Draeger Synt. § 221.

legibus nocens 'dem Gesetze verfallen'; *nocens* 'schuldbeladen', wie Cic. div. in Caec. § 9; de off. II § 51. Welcher Casus ist also *legibus?*

4. *falsi damnatus*] sc. lege Cornelia de falsis. Vgl. Digest. XLVIII, 10, 1 § 13 *poena falsi vel quasi falsi deportatio est et omnium bonorum publicatio.* Antonius hatte sich im J. 61 n. Chr. bei einer Testamentsfälschung zu einem der 7 Zeugen hergegeben, von denen ein rechtsgiltiges Testament unterschrieben und besiegelt sein musste. Vgl. A. XIV, 40, wo er *audacia promptus* genannt wird.

inter alia belli mala] 'auch eins von den Leiden des Krieges'. Das attributive *alia* gab Veranlassung, statt einer nominalen Apposition im Nom. den präpositionalen Ausdruck in den Satz einzuschieben. S. zu I, 62, 11.

7. *neglectus*] s. zu c. 54, 5.

in nullo — usu fuit] 'er kam nicht zur Verwendung'.

8. *momentum*] s. zu I, 59, 5.

strenuus manu entspricht unserm 'ein tüchtiger Haudegen'. In der ältern Prosa kommt *strenuus* im Sinne von 'beherzt' fast nur (s. Sall. Jug. 107, 1) in Verbindung mit *fortis* (Cat. de r. r. praef. Nep. Epam. 7, 3. Dat. 1, 1. Sall. Cat. 51, 16. fr. inc. 67. Liv. XXI, 4, 4. XXIII, 15, 10) oder im Gegensatze zu *ignavus* (Sall. Cat. 58, 1. Liv. XXIV, 16, 11) oder zu *timidus* (Sall. Jug. 85, 50) oder zu *inbellis* (Jug. 67, 2) vor. Das Wort hat einen ähnlichen Wandel gehabt wie unser 'wacker'. Vgl. zu I, 52, 11.

9. *serendae — artifex*] 'ein Meister darin, andere in Miscredit zu bringen'. So heisst es von Sejan A. IV, 1 *in alios criminator.* Zum sarkastischen Ausdrucke *artifex* vgl. Sall. Jug. 35 *per homines talis negotii artifices.*

seditionibus potens, raptor largitor, pace pessimus, bello non spernendus. iuncti inde Moesici ac Pannonici exercitus Delmaticum militem traxere, quamquam consularibus legatis nihil turbantibus. Tampius Flavianus Pannoniam, Pompeius Silvanus Delmatiam tenebant, divites senes; sed procurator aderat Cornelius Fuscus, vigens aetate, claris natalibus. prima iuventa quaestus cupidine senatorium ordinem exuerat; idem pro Galba dux coloniae suae eaque opera procurationem adeptus, susceptis Vespasiani partibus acerrimam bello facem praetulit: non tam praemiis periculorum quam ipsis periculis laetus pro certis et olim partis

10. Zu *seditionibus potens* vgl. Verg. Aen. XI, 340 *seditione potens*.

Zu *pace pessimus* etc. vgl. Vell. II, 11 *quantum bello optimus, tantum pace pessimus*.

11. *iuncti*] sc. consiliis sociatis. Denn das mösische Armeecorps unter Aponius Saturninus rückte erst später nach (III, 5).

12. *traxere*] s. zu c. 61, 5.

quamquam concessiv beim Abl. abs. wie I, 60 *quamquam remoto consulari*; s. zu I, 43, 4.

13. *Tampius Flavianus*] Im Med. dafür *titus amplius fabianus*. Ihm zu Ehren führte ein von ihm errichtetes Reitercorps den Namen ala I Pannoniorum Tampiana. Es ist wahrscheinlich derselbe Flavianus, der bei Plin. n. h. IX, 8, 26 als Proconsul von Africa vorkommt. Vgl. über ihn H. III, 4. 10.

Pompeius Silvanus war 45 n. Chr. consul suffectus, später Proconsul in Africa gewesen. Im Jahre 58 n. Chr. von den Provinzialen in einen Repetundenprocess verwickelt, wurde er vom Senat auf Neros Verwendung hin freigesprochen. Vgl. über ihn noch III, 50. IV, 47. Nipperdey zu A. XIII, 52.

14. *tenebant*] statt des üblicheren Compositums *obtinebant*.

procurator] Pannoniae (III, 4).

15. *vigens aetate* 'in rüstigem Mannesalter'; vgl. c. 81 *florens aetate*.

natales statt *genus* oder *origo* war seit Seneca im Gebrauche; vgl. I, 49 *claritas natalium*, IV, 15 *claritate natalium insignis*, Agr. 6 *splendidis natalibus orta*, A. XI, 21 *dedecus natalium*, Plin. ep. VIII, 18 *mulier natalibus clara*.

quaestus cupidine ist eine wahrscheinliche Vermuthung von Grotius statt des handschriftlichen *quietis c.* Das ganze Benehmen des Fuscus zeugt von nichts weniger als Verlangen nach Ruhe und behaglicher Musse, wol aber von dem Streben nach einer ein reichliches Einkommen gewährenden Stellung, wie er denn durch sein öffentliches Auftreten für Galba den einträglichen Posten eines kaiserlichen Procurators (s. zu I, 2, 16) sich zu sichern wusste. So sagt Tac. A. XVI, 17 von Annaeus Mela: *adquirendae pecuniae brevius iter credebat per procurationes administrandis principis negotiis*. Nun galt aber für Mitglieder des Senatorenstandes jeder *quaestus* als unziemlich (Liv. XXI, 63 *quaestus omnis patribus indecorus visus*); insbesondere waren sie durch das Verbot, ein Schiff von mehr als 300 Amphoren Last zu besitzen, von der Rhederei und dem Grosshandel zur See ausgeschlossen. Und gerade diesem banausischen Berufe scheint Fuscus zunächst sich gewidmet und darum den Senatorenrang aufgegeben zu haben. Vgl. Z. 19 *pro certis et olim partis*.

16. *dux coloniae suae*] an der Spitze einer römischen Colonialstadt, welche sein Heimatsort war.

18. *acerrimam bello facem praetulit*] i. e. *acerrimus instinctor belli fuit* (IV, 68, 24). Vgl. I, 24, 1 und Quintil. I, 2, 25 *nobis acriores ad studia dicendi faces subdidisse*.

nova ambigua ancipitia malebat. igitur movere et quatere, quidquid usquam aegrum foret, adgrediuntur. scriptae in Britanniam ad quartadecumanos, in Hispaniam ad primanos epistulae, quod utraque legio pro Othone, adversa Vitellio fuerat, sparguntur per Gallias literae, momentoque temporis flagrabat ingens bellum Illyricis exercitibus palam desciscentibus, ceteris fortunam secuturis.

87 Dum haec per provincias a Vespasiano ducibusque partium geruntur, Vitellius contemptior in dies segniorque ad omnis municipiorum villarumque amoenitates resistens gravi urbem agmine petebat. sexaginta milia armatorum sequebantur licentia corrupta; calonum numerus amplior, procacissimis etiam inter servos lixarum ingeniis; tot legatorum amicorumque comitatus inhabilis ad parendum, etiam si summa modestia regeretur. onerabant multitudinem obvii ex urbe senatores equitesque, quidam metu, multi per adulationem, ceteri ac paulatim omnes, ne aliis proficiscentibus ipsi remanerent. adgregabantur e plebe flagitiosa per obsequia Vitellio cogniti scurrae histriones aurigae, quibus ille amicitiarum dehonestamentis mire gaudebat. nec coloniae modo aut municipia congestu copiarum, sed ipsi cultores arvaque maturis iam frugibus ut hostile solum vastabantur.

20. *movere et quatere* 'rütteln und schütteln'.

21. *adgrediuntur*] Vespasians Parteigänger Antonius und Fuscus.

22. *ad quartadecumanos*] s. c. 66. *ad primanos*] i. e. ad legionem I Adiutricem. Vgl. c. 67.

87. Mit diesem Cap. kehrt die Erzählung zu Vitellius zurück und nimmt den c. 72 a. E. abgebrochenen Faden wieder auf.

2. *ad omnis municipiorum villarumque amoenitates*] 'bei allen Municipien und Landsitzen, die einen angenehmen Aufenthalt darboten'. Vgl. III, 2 *circo ac theatris et amoenitate urbis emollitos*; A. V, 2 *Tiberius . . . nihil mutata amoenitate vitae magnitudinem negotiorum per literas excusavit.*

3. *gravi — agmine*] s. zu I, 70, 20.

5. *etiam inter servos*] d. h. wobei die *lixae* sogar neben (im Vergleich mit) den Sklaven als frech und zuchtlos auffielen. Die *calones* (s. zu I, 49, 3) waren Sklaven (Paul. Diac. s. v.), die *lixae* Freie nach A. II, 62. Ueber *inter* 'im Vergleich mit' vgl. H. V, 17 *illum diem aut gloriosissimum inter maiores* (i. e. si comparaveris cum rebus gestis maiorum) *aut ignominiosum apud posteros fore.*

6. *inhabilis* 'nicht angethan'.

7. *summa modestia*] der Sache nach s. v. a. acri disciplina. Vgl. zu I, 52, 10.

onerabant] 'noch lästiger machten'. S. zu I, 6, 2.

8. *metu — per adulationem*] s. zu I, 35, 11.

10. *flagitiosa per obsequia*] Neroni quondam tributa.

11. *Vitellio cogniti*] ut sodales Neronis (c. 71).

amicitiarum dehonestamenta 'entehrende Bekanntschaften'. Vgl. Sall. hist. I fr. 62 (ed. Kr.) *quo dehonestamento corporis*; H. IV, 13 *simili oris dehonestamento.*

12. *aut* steht coordinierend statt *et* wegen des negativen Sinnes des Satzes.

14. *vastare* mit dem Acc. der Person 'brandschatzen' scheint vor Livius (XXIII, 42, 5 *ita sumus aliquoties hac aestate devastati*) nicht

88 Multae et atroces inter se militum caedes post seditionem Ticini coeptam, manente legionum auxiliorumque discordia, ubi adversus paganos certandum foret, consensu, sed plurima strages ad septimum ab urbe lapidem. singulis ibi militibus Vitellius paratos cibos ut gladiatoriam saginam dividebat, et effusa plebes totis se castris miscuerat. incuriosos milites (vernacula utebantur urbanitate) quidam spoliavere, abscisis furtim balteis, an accincti forent, rogitantes. non tulit ludibrium insolens contumeliarum animus: inermem populum gladiis invasere. caesus inter alios pater militis, cum filium comitaretur, deinde adgnitus, et vulgata caede temperatum ab innoxiis. in urbe tamen trepidatum praecurrentibus passim militibus; forum maxime petebant cupidine visendi locum, in quo Galba iacuisset. nec minus saevum spectaculum erant ipsi tergis ferarum et ingentibus telis horrentes, cum turbam populi per inscitiam parum vitarent aut, ubi lubrico viae

üblich gewesen zu sein; bei Tac. noch c. 16. A. XIV, 23. 38. XV, 1. Agr. 22.

88. 2. *Ticini coeptam*] s. c. 68. *manente — consensu*] Zeugma.

2. *pagani* unser 'Bürger und Bauer'. Vgl. zu I, 53, 13.

4. *singuli* 'jeder einzelne' s. v. a. viritim.

5. *effusa*] sc. ex urbe.

6. *vernacula utebantur urbanitate*] Dieser parenthetische Zusatz besagt, dass die heimliche Entwendung der Waffen ein im Grunde genommen ziemlich harmloser Witz gewesen sei, den sich die aufgeweckten und zu Spässen aufgelegten Stadtkinder gegen die arglosen Kriegsleute erlaubten. *Vernaculus* eigentlich = qualis vernarum est, dann = in urbe Roma natus (A. I, 31 *vernacula multitudo*), hier = 'grossstädtisch', *proprius et peculiaris urbis* (Dial. 29); vgl. Dial. 28 *ego de urbe et huius propriis ac vernaculis vitiis loquar, quae natos statim excipiunt*; Cic. Brut. § 172 *Tincam* (Placentinum) *non minus multa ridicule dicentem Granius obruebat nescio quo sapore vernaculo*; ad fam. IX, 15, 2 *imaginem antiquae et vernaculae festivitatis agnoscere.* Ueber die Voranstellung der Parenthese s. zu III, 31, 20.

7. *balteis*] s. zu I, 57, 12.

accincti] sc. gladio, 'bewehrt'; ebenso c. 89, 1.

8. *non tulit ludibrium*] 'liess sich nicht zum besten haben'.

contumeliarum] der Plur. wie A. VI, 34 *Parthi contumeliarum insolentes.*

10. *adgnitus*] als Vater eines Kameraden.

11. *temperatum ab*] s. zu I, 63, 6.

12. *passim*] s. zu c. 44, 1.

14. *tergis*] für *tergoribus* nach dem Vorgange von Sall. Verg. und Ovid; vgl. Sall. hist. fr. inc. 14 (ed. Kr.) *tergis vinciebant*; Verg. Aen. I, 368 *taurino quantum possent circumdare tergo*; V, 403 *duroque intendere brachia tergo*; V, 419 *Erycis tibi terga remitto*; Ov. met. XII, 97 *terga novena boum.* Ebenso A. IV, 72. XV, 44.

ingentibus telis] sc. Germanorum auxiliarium.

horrentes] Die Construction klingt an einen Vergilschen Vers an: Aen. V, 37 *horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae.*

15. *per inscitiam*] 'aus Ungeschicklichkeit, Unbeholfenheit'. Die rohen, ungeschlachten Kriegsleute aus den Wäldern Germaniens verstanden es nicht, dem Gedränge und Gewühl in den engen Strassen der Hauptstadt auszuweichen oder auf dem glatten, stellenweise schlüpfrigen Strassenpflaster sich vor dem ausgleiten zu hüten. Vgl. Friedländers Darst. I S. 23 f. Ueber *inscitia* s. zu I, 1, 7.

lubrico viae] vgl. I, 79 *lubrico*

vel occursu alicuius procidissent, ad iurgium, mox ad manus et ferrum transirent. quin et tribuni praefectique cum terrore et armatorum catervis volitabant.

89 Ipse Vitellius a ponte Mulvio insigni equo, paludatus accinctusque senatum et populum ante se agens, quo minus ut captam urbem ingrederetur, amicorum consilio deterritus, sumpta praetexta et composito agmine incessit. quattuor legionum aquilae per frontem totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox duodecim alarum signa et post peditum ordines eques, dein quattuor et triginta cohortes, ut nomina gentium aut species armorum forent, discretae. ante aquilas praefecti castrorum tribunique et primi centurionum candida veste, ceteri iuxta suam quisque centuriam armis donisque fulgentes; et militum phalerae torquesque splendebant.

itinerum; A. I, 65 *lubrico paludum*. Nägelsbach lat. Stil. § 23, 2, a.

16. *occursu alicuius*] 'in Folge des anrennens von einem', wenn einer wider einen Soldaten anrannte.

17. *cum terrore — catervis*] ein hartes ἓν διὰ δυοῖν, wobei die verschiedene Bedeutung der Präp. in den beiden Gliedern anstössig ist.

18. *volitare* i. e. temere et ferociter modo huc modo illuc currere, 'sich umhertreiben, keck umherschwärmen', ein Lieblingsausdruck des Tac. (A. I, 59. II, 21. XII, 34. XIII, 37. XV, 9. 58), der übrigens schon bei Cicero mit dem Nebenbegriff des kecken und trotzigen Gebarens vorkommt (in Pis. § 8. p. Sest. § 1. 9. 94. 95. ad Att. II, 22).

89. 1. *a ponte Mulvio — agens*] Was Tac. von dem Aufzug des Vit. von der im Norden der Stadt über die Tiber führenden Mulvischen Brücke bis zur porta Carmentalis berichtet, dehnt Suet. Vit. 11 in seiner zu Uebertreibungen neigenden Manier auf den Einzug in die eigentliche Stadt aus. Dabei lässt er unbeachtet, dass die porta Flaminia, welche allerdings Vit. in dem oben beschriebenen Aufzuge passierte, *extra pomerium*, also *ad urbem* lag. Mit der Darstellung des Tac. stimmt eine dem Einzuge des Vit. zu Ehren geprägte Münze überein, auf der Vit. in der Toga erscheint, wie er von der behelmten Roma auf dem Capitol empfangen wird.

ut captam urbem] Ueber die Ergänzung des Obj. aus der Apposition mit *ut* s. zu I, 33, 13.

3. *praetexta*] im Gegensatz zum *paludamentum*, indem kein Imperator oder Magistratus cum imperio die innere Stadt betreten durfte.

4. *aquilae*] I Italicae, V Alaudae, XXI Rapacis, XXII Primigeniae (I, 61. 64. II, 100. III, 22).

5. *circa*] 'zu beiden Seiten'; s. zu c. 59, 15.

e legionibus aliis vexilla] I Germanica, IV Macedonica, XV Primigenia, XVI Gallica (II, 100. III, 22). *Vexilla* sind hier die Fahnen, unter denen die Detachements stehen.

6. *peditum — eques*] Bemerke die Abneigung gegen die Concinnität. S. Draeger Synt. § 5.

7. *ut — forent*] s. zu I, 10, 7. Uebersetze *ut* durch 'wie allemal, je nachdem'. Sonst steht dafür *prout*, wie I, 62 *prout agmen incederet*. S. Draeger Synt. § 180.

8. *praefecti castrorum*] s. zu I, 82, 3.

primi centurionum] i. e. primus pilus, secundus pilus prior bis zum decimus pilus prior. Marquardt R. Staatsverw. II S. 360.

10. *donis*] armillis, phaleris torquibusque. Marquardt S. 554 ff.

phalerae] s. zu I, 57, 12.

torquis ein ringförmig gewundenes goldenes oder silbernes Ehrenzeichen, das vom Halse auf die Brust herabhing. Bei Tac. noch A. II, 9. III, 21. XII, 36.

decora facies et non Vitellio principe dignus exercitus. sic Capitolium ingressus atque ibi matrem complexus Augustae nomine honoravit.

90 Postera die tamquam apud alterius civitatis senatum populumque magnificam orationem de semet ipso prompsit, industriam temperantiamque suam laudibus adtollens, consciis flagitiorum ipsis, qui aderant, omnique Italia, per quam somno et luxu pudendus incesserat. vulgus tamen vacuum curis et sine falsi verique discrimine solitas adulationes edoctum clamore et vocibus adstrepebat; abnuentique nomen Augusti expressere, ut adsumeret tam frustra, quam recusaverat.

91 Apud civitatem cuncta interpretantem funesti ominis loco acceptum est, quod maximum pontificatum adeptus Vitellius de caerimoniis publicis XV kalendas Augustas edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus: adeo omnis humani divinique

11. *facies* 'Erscheinung, Bild'; vgl. I, 85. III, 68. 83. IV, 22. A. I, 41.

90. 1. *alterius*] Ueber den Gen. von *alter* statt des wenig gebräuchlichen Gen. *alius* vgl. Agr. 5 *etsi consiliis ductuque alterius agebantur*; c. 17 *et Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset*; A. XV, 25 *ne cuius alterius* etc. Sirker Tac. Formenlehre S. 45. Neue Formenlehre II S. 216. In den andern Casus ist der Gebrauch von *alter* in der Bedeutung 'ein anderer' auf den Fall beschränkt, wo ausser dem, von welchem die Rede ist, im Gegensatz zu jenem allein, noch einer bezeichnet wird (Madv. § 496). So auch H. III, 1 *velut alterius belli molem.*

2. *promere* 'vorbringen, äussern', dann absolut 'sich aussprechen, sich auslassen', eine in der Prosa vor Tac. seltene Bedeutung; vgl. A. III, 36 *exim promptum, quod multorum intimis questibus tegebatur*; I, 6. III, 71. XII, 65. XIV, 7 *post Seneca hactenus prompsit, ut* etc. (im Med. *promptius* statt *prompsit ut*); XV, 60.

3. *conscii* 'Mitwisser', dann 'Augen- und Ohrenzeugen'.

4. *ipsis, qui aderant*] im Gegensatz zu den abwesenden Bewohnern der italischen Landschaften, welche Vitellius durchzogen hatte. — Der bildliche Gebrauch von *somnus* für *desidia* lehnt sich an Stellen an, wie Cic. p. Sest. § 138 *qui laudi, qui gloriae, non qui somno et conviviis et delectationi natos* (se) *arbitrantur*; Tac. A. VI, 4 *somno aut libidinosis vigiliis marcidus.*

5. *vacuum curis*] 'gedankenlos'.

7. *Augusti*] s. zu I, 47, 4.

8. *frustra* i. e. sine causa, cum exitium ei immineret; cf. III, 38 *frustra Vespasianum timeri.*

recusaverat] genauer wäre *distulerat* gewesen. Vgl. c. 62.

91. 1. *interpretari* aliquid 'in etwas eine Bedeutung legen'; Nägelsbach lat. Stil. § 113.

ominis loco] wie IV, 26 *prodigii loco accipiebatur*. Draeger Synt. § 43.

3. *XV kal. Aug.*] am Jahrestage des Untergangs der Fabier an der Cremera (477 v. Chr.) und der Niederlage an der Allia (390 v. Chr.). Vgl. Liv. VI, 1 (diem) *a posteriore clade Alliensem appellarunt insignemque rei nullius publice privatimque agendae fecerunt*; Suet. Vit. 11 *magis deinde ac magis omni divino humano iure neglecto Alliensi die pontificatum maximum cepit.*

4. *Cremerensi Alliensique cladibus*] Ueber den Plur. eines Substantivs bei mehreren Adjectiven von Eigennamen des Ortes s. zu I, 18, 8.

iuris expers pari libertorum amicorum socordia velut inter temulentos agebat. sed comitia consulum cum candidatis civiliter celebrans omnem infimae plebis rumorem in theatro ut spectator, in circo ut fautor adfectavit: quae grata sane et popularia, si a virtutibus proficiscerentur, memoria vitae prioris indecora et vilia accipiebantur. ventitabat in senatum, etiam cum parvis de rebus patres

5. *libertorum amicorum*] Ueber das rhetorische Asyndeton bei zwei Begriffen, die zusammen einen höheren bilden, s. zu c. 70, 15.

6. *comitia consulum*] Durch diese in der zweiten Hälfte des Juli abgehaltenen Comitien wurden die von Vit. getroffenen Bestimmungen (s. zu c. 71, 7) legalisiert. Dieselben sind nicht mit den Novembercomitien zu verwechseln, in denen Vit. die ordentlichen Consulate auf eine Reihe von Jahren ordnete (s. III, 55. Suet. Vit. 11). Während von den 12 Praetoren 8 durch Praesentation Seitens des Princeps beim Senate (*nominatio*), 4 durch das die Wahlkörperschaft bindende Vorschlagsrecht des Princeps (*commendatio candidatorum Caesaris*) zum Amte gelangten, übte bei den Consulwahlen der Princeps durch die *nominatio* formell nur einen ähnlichen Einfluss aus, wie ihn in altrepublikanischer Zeit die *suffragatio* hervorragenden politischen Persönlichkeiten gewährt hatte. Seit dem J. 27 v. Chr. stand ihm die Prüfung der Wahlqualificationen zu, so dass der von ihm dem wahlleitenden Consul als qualificiert namhaft gemachte Candidat zur Wahl zugelassen werden musste; aber ein formelles Recht des Vorschlags (*commendatio*), wie bei den Prätorwahlen, hat bei den Consulwahlen allem Anschein nach der Princeps vor Vespasians Thronbesteigung nicht gehabt. Seitdem bezeichnete der Kaiser seine Consulatscandidaten dem Wahlkörper der Volksgemeinde, der freilich durch diese *commendatio* an die Wahl der *candidati Caesaris* gebunden war. Doch hat, aus u. St. zu schliessen, damals Vitellius die von Augustus befolgte alte Sitte wieder aufgenommen und ist mit den Candidaten, die er unterstützte und gewählt haben wollte, auf dem Forum erschienen, um sich bei den Bürgern für sie zu verwenden. Vgl. Suet. Aug. 56 *quotiens magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circumibat supplicabatque more sollemni*. Die sog. Volkscomitien hatten über die vom Kaiser namhaft gemachten und praesentierten Candidaten abzustimmen und in Wirklichkeit nur eine von ihm im voraus getroffene Wahl zu bestätigen. Um die äusseren Formen der alten republikanischen Ordnung zu wahren, fand am Schlusse auf dem campus Martius unter dem Vorsitze des wahlleitenden Consuls die *renuntiatio* statt. Von da ab erst hiessen die *candidati consules designati*. Vgl. Mommsen R. Staatsr. II S. 865 ff.

civiliter i. e. cum pro cive et privato homine se gereret; *celebrans* s. v. a. obiens (Plin. pan. 77, 1); *civiliter celebrans* i. e. cum candidatis cives ambiens manusque prensans et candidatis vocem et manum commodans. Vgl. Plin. pan. 69, 2 *nec ideo segnius iuvenes nostros exhortatus es, senatum circumirent, senatui supplicarent atque ita a principe sperarent honores, si a senatu petissent*; c. 71. Sen. ep. 8.

7. *rumorem*] sc. de comitate et civili animo principis.

8. *fautor*] sc. partium circensium, also in seiner scenischen Grundbedeutung.

adfectavit] i. e. studiose et anxie quaesivit, wie c. 63. I, 23. III, 13.

quae] 'ein Benehmen, welches'.

9. *indecora et vilia*] 'als entehrend und gemein'.

10. *cum — consulerentur*] s. zu I, 10, 7.

consulerentur. ac forte Priscus Helvidius praetor designatus contra studium eius censuerat. commotus primo Vitellius, non tamen ultra quam tribunos plebis in auxilium spretae potestatis advocavit; mox mitigantibus amicis, qui altiorem iracundiam eius verebantur, nihil novi accidisse respondit, quod duo senatores in re publica dissentirent; solitum se etiam Thraseae contra dicere. inrisere plerique inpudentiam aemulationis; aliis id ipsum placebat, quod neminem ex praepotentibus, sed Thraseam ad exemplar verae gloriae legisset.

92 Praeposuerat praetorianis Publilium Sabinum a praefectura co-

11. *Helvidius Priscus,* Thraseas Eidam (A. XVI, 28), an Gesinnung und Charakter dem Schwiegervater ähnlich. Nach dessen Tode verbannt (A. XVI, 33), war er nach Neros Sturze unter Galba aus dem Exil zu Apollonia in die Heimat zurückgekehrt (H. IV, 6) und zum Prätor designiert. Durch seine mit der Zeit systematisch gewordene altrepublikanische Opposition der Regierung Vespasians in hohem Grade unbequem geworden, musste er seinen hartnäckigen stoischen Freimuth im Jahre 73 n. Chr. mit dem Tode büssen (Suet. Vesp. 15). Vgl. über ihn noch IV, 4—6. 9. 43. Dial. 5. Dio LXVIII, 12. Ueber die Namenstellung s. zu c. 86, 3.

praetor designatus] Da H. im Juli so genannt wird und aus einer Notiz in den Ann. (XII, 8 vgl. mit c. 9) hervorgeht, dass schon im Jahre 49 und zwar zu Anfang desselben die Prätoren fürs J. 50 gewählt worden sind, so liegt die Vermuthung nahe, dass damals die Designation der *consules suffecti* für das laufende Jahr und die der Prätoren für das folgende zusammen im Anfange eines jeden Jahres stattfand, während die *consules ordinarii* fürs J. 70 erst im Nov. 69 gewählt wurden (Stobbe).

12. *studium* unser 'Intentionen'.

non ultra quam] nach Analogie des elliptischen Gebrauches von *nihil aliud quam* (οὐδὲν ἄλλο ἤ). Vgl. A. XV, 13 *nec aliud quam munimenta propugnabant.* Draeger Synt. § 174. Schultz § 461. Wie drückt sich Cicero aus? Schultz § 398 A. 4.

13. *potestatis*] sc. principalis.

14. *altus* 'verschlossen'; vgl. zu IV, 86, 9.

15. *duo senatores*] quasi ipse nihil esset nisi senator.

in re publica] 'in einer Staatsangelegenheit'; gewöhnlicher wäre *de re publica.*

16. *Thraseae*] dem Schwiegervater des Helvidius, mit dem Vit. sich auf gleiche Stufe als Staatsmann und Senator stellt. P. Paetus Thrasea, der Cato der Kaiserzeit, Anhänger der stoischen Philosophie, deren idealen Grundsätzen er im öffentlichen Leben mit einer gewissen Schroffheit praktische Geltung zu verschaffen strebte. Durch diese dem herrschenden Systeme feindselige Richtung und die daraus hervorgehende principielle Opposition im Senat machte er sich bei Neros Regierung so verhasst, dass er im J. 66 n. Chr. ein Opfer seines starren Freimuths und der kaiserlichen Ungnade wurde. Zum Tode verurtheilt, öffnete er sich die Adern. S. A. XVI, 21—35. Vgl. über ihn noch A. XIV, 12. 48. 49. H. IV, 5. 7. — Ueber den Dativ s. zu I, 39, 5.

17. *aemulatio* 'das Streben sich jemandem an die Seite zu stellen', hier durch 'Parallele' zu übersetzen.

18. *ad exemplar* i. e. ut esset exemplar, 'zum Musterbilde'. Vgl. Hor. ep. II, 1, 58 *Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi* (dicitur).

92. 1. *Publilium Sabinum*] s. III, 36.

a praefectura cohortis] i. e. qui

hortis, Iulium Priscum tum centurionem: Priscus Valentis, Sabinus Caecinae gratia pollebant; inter discordes Vitellio nihil auctoritatis. munia imperii Caecina ac Valens obibant, olim anxii odiis, quae bello et castris male dissimulata pravitas amicorum et fecunda gignendis inimicitiis civitas auxerat, dum ambitu comitatu et inmensis salutantium agminibus contendunt comparanturque, variis in hunc aut illum Vitellii inclinationibus. nec umquam satis fida potentia, ubi nimia est. simul ipsum Vitellium subitis offensis aut intempestivis blanditiis mutabilem contemnebant metuebantque. nec eo segnius invaserant domos hortos opesque imperii, cum flebilis et egens nobilium turba, quos ipsos liberosque patriae Galba reddiderat, nulla principis misericordia iuvarentur. gratum primoribus

antea dumtaxat praefectus cohortis auxiliaris, ne tribunus legionis quidem fuerat. — Ueber das Asyndeton bei Personennamen mit einer Apposition s. zu I, 13, 1.

2. *centurionem*] ein seltenes Avancement. Marquardt R. Staatsverw. II S. 365 A. 10.

3. *inter discordes*] s. zu I, 1, 8. *nihil auctoritatis*] 'keine entscheidende Stimme', von keinem Gewicht, um mit einem Machtspruch ihren Zwistigkeiten ein Ziel zu setzen.

4. *olim*] s. zu I, 60, 3.

5. *male*] s. zu I, 17, 9. *dissimulata*] Zur Sache vgl. c. 30. *fecunda gignendis inimicitiis*] wie A. XIII, 57 *flumen gignendo sale fecundum* 'ein Fluss, der sich in Hervorbringung von Salz ergiebig erweist'. Vgl. zu I, 51, 24.

6. *ambitu*] i. e. studiis alterius utrius favorem ambientium. Vgl. c. 64 *fortunae inlecebris aut ambitu civitatis*; c. 93 *confusus pravitate vel ambitu ordo militiae.* *et*] s. zu I, 51, 25.

7. *salutantium*] 'der aufwartenden' Freunde und Clienten. Ueber die *salutationes* s. Beckers Gallus II S. 159 ff. Friedländers Darst. I S. 210 f. 219 ff. *varius* 'unstät, wechselnd'.

sponte] mit dem Gen. nach dem Vorgange von Varro de l. l. VI, 7, 71, Lucan Phars. I, 99. 234 und Andern; ebenso IV, 19 *sponte le-*

Antonii properatum, et fore, quae acciderunt, rebatur. hortatus suos, ut magno animo capesserent pugnam, diductis in latera turmis vacuum medio relinquit iter, quo Varum equitesque eius reciperet; iussae armari legiones; datum per agros signum, ut, qua cuique proximum, omissa praeda proelio occurreret. pavidus interim Varus turbae suorum miscetur intulitque formidinem. pulsi cum sauciis integri suomet ipsi metu et angustiis viarum conflictabantur.

17 Nullum in illa trepidatione Antonius constantis ducis aut fortis militis officium omisit. occursare paventibus, retinere cedentes, ubi plurimus labor, unde aliqua spes, consilio manu voce insignis hosti, conspicuus suis. eo postremo ardoris provectus est, ut vexillarium fugientem hasta transverberaret; mox raptum vexillum in hostem vertit. quo pudore haud plures quam centum equites restitere: iuvit locus artiore illic via et fracto interfluentis rivi ponte, qui incerto alveo et praecipitibus ripis fugam impediebat. ea necessitas seu fortuna lapsas iam partes restituit. firmati inter se densis ordinibus excipiunt Vitellianos temere effusos, atque illi consternantur. Antonius instare perculsis, sternere obvios, simul ceteri, ut cuique ingenium, spoliare capere, arma equosque

gatorum; c. 42 *sponte Caesaris;* A. II, 59 *sponte principis;* IV, 7 *sponte praefecti;* c. 51 *sponte incolarum;* VI, 31 *sponte Caesaris* u. ö.

7. *fore*] Inf. zu fieri.

acciderunt] So Madvig statt *acciderant:* 'quae iam ante acciderant, non rebatur fore'.

9. *vacuum iter*] 'freie Bahn'.

medio] s. zu I, 68, 7.

10. *datum signum*] auxiliaribus cohortibus (c. 15).

qua cuique proximum] 'auf dem nächsten Wege'.

11. *occurrere* 'zueilen', wie Liv. X, 43 *neutri proelio occurrerunt.*

13. *conflictari* wie c. 32, 1. 'arg ins Gedränge kommen, in eine schlimme Lage gerathen'.

17. 1. *trepidatio* 'Wirrwar', wie II, 22. 26.

2. *fortis militis*] Die Lesart des Med. *fortissimi militis* ist durch Dittographie der Silbe *mi* entstanden; vgl. Sall. Cat. 60 *strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur.*

omittere 'unerfüllt lassen'.

3. *labor* 'Noth'.

manu voce] *manus* bezeichnet die eigenhändige Theilnahme am Kampfe, *vox* den ermunternden Zuruf. Vgl. A. II, 17 *inter quos insignis Arminius manu voce vulnere sustentabat pugnam.* Anders c. 29, 10.

4. *conspicuus* 'sich bemerklich machend, vorleuchtend', wie II, 42, 13.

5. *vexillarius* ist hier wie I, 41, 1 der Fähnrich; anders II, 18. 66. 83. 100. III, 6. 48.

6. *quo*] s. zu II, 43, 5.

7. *iuvit*] s. zu II, 44, 10.

8. *rivi*] j. Delmona nach Rycks Vermuthung.

incerto] im Gegensatz zu solido; vgl. A. I, 70 *neque discerni poterant incerta ab solidis;* H. V, 6 *incertae undae superiacta ut solido ferunt;* c. 14 *incertis vadis.*

9. *necessitas* 'äussere Nöthigung'. *restituere* 'wieder aufhelfen'.

firmati] reflexiv zu nehmen wegen *inter se;* vgl. V, 26 *defenderer.*

10. *atque*] folgernd = 'und nun, und so'. Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 193, 2, b.

11. *consternari* 'stutzig werden, die Fassung verlieren'. Das Bild ist vom Scheuwerden der Pferde entnommen.

perculsis] s. zu II, 54, 3.

12. *ingenium* 'Sinnesart' wie G. 3.

abripere. et exciti prospero clamore, qui modo per agros fuga palabantur, victoriae se miscebant.

18 Ad quartum a Cremona lapidem fulsere legionum signa Rapacis atque Italicae laeto inter initia equitum suorum proelio illuc usque provecta. sed ubi fortuna contra fuit, non laxare ordines, non recipere turbatos, non obviam ire ultroque adgredi hostem tantum per spatium cursu et pugnando fessum. fortes invicti, haud perinde rebus prosperis ducem desideraverant atque in adversis deesse intellegebant. nutantem aciem victor equitatus incursat; et Vipstanus Messalla tribunus eum Moesicis auxiliaribus adsequitur, quos multi e legionariis quamquam raptim ductos aequabant: ita mixtus pedes equesque rupere legionum agmen. et propinqua Cremonensium moenia, quanto plus spei ad effugium, minorem ad resistendum animum dabant. nec Antonius ultra institit memor laboris ac volnerum, quibus tam anceps proelii fortuna, quamvis prospero fine, equites equosque adflictaverat.

19 Inumbrante vespera universum Flaviani exercitus robur advenit. utque cumulos super et recentia caede vestigia incessere, quasi debellatum foret, pergere Cremonam et victos in deditionem accipere aut expugnare deposcunt. haec in medio, pulchra dictu:

capere absolut s. v. a. Gefangene machen.

13. *abripere*] s. zu II, 36, 1. *fuga*] 'flüchtig'.

14. *se miscere* 'sich betheiligen'.

18. 1. *Rapacis*] leg. XXI; s. zu II, 43, 2.

2. *Italicae*] leg. I Italicae; s. zu I, 59, 10. Ueber den Plur. *legionum* vgl. zu I, 18, 8. *laetus* bedeutet 'was einen glücklichen Ausgang verheisst' und mag wohl ursprünglich ein sacraler Ausdruck gewesen sein; s. zu I, 27, 2.

3. *illuc usque provecta*] a Cremona, quo Caecina eas legiones praemiserat (c. 14). *contra fuit*] s. zu II, 97, 13. *laxare* 'öffnen', hier synonym mit *diducere* (c. 16. 25); anders c. 25, 6.

4. *ultro*] s. zu I, 7, 8.

5. *tantum per spatium*] per octo milia passuum; cf. c. 15 extr. *fortes invicti*] s. den krit. Anhang.

8. *incursare* mit dem Acc. (wie IV, 56 *Canninefates;* A. XI, 18 *Germaniam;* XIII, 37 *avia Armeniae;* Agr. 30 *obvios*) nach dem Vorgange von Liv. II, 48, 6. VI, 36, 1.

9. *quamquam*] s. zu c. 2, 18.

aequabant] sc. cursu, 'sie hielten gleichen Schritt'.

11. *propinqua*] Cremona war 4 röm. Meilen (etwa $1^1/_4$ St.) entfernt.

12. *animum dare* 'Lust machen'; vgl. *animi causa*.

19. 2. *cumulos*] scil. stratorum per campum corporum. Vgl. Liv. X, 29 *cumuli Gallorum;* Cic. Cat. IV § 11 *insepultos acervos civium;* Nägelsbach lat. Stil. § 8, 5. Ueber die Anastrophe der Präposition *super* zwischen zwei coordinierten Subst. s. Draeger Synt. § 225, 3. *recentia caede*] wohl eine Reminiscenz aus Verg. Aen. IX, 455 *tepidaque recentem caede locum.* Der ältere klassische Sprachgebrauch wäre *recentia caedis vestigia.* S. zu c. 77, 19.

3. *quasi debellatum foret*] wie A. XII, 38. Vgl. Liv. XXVI, 21 *quasi debellato;* XXX, 8 *velut iam debellato.* Ueber *foret* s. zu c. 5, 1.

4. *expugnare*] Der Inf. nach *deposcunt* ist eine auffallende Ausdehnung der Construction von cupere, gestire und desiderare. *in medio*] i. e. palam loquebantur. Anders *medio* c. 16, 9. Ueber die Auslassung des verbum dicendi s. zu c. 24, 8.

illa sibi quisque, posse coloniam *in* plano sitam impetu capi. idem audaciae per tenebras inrumpentibus et maiorem rapiendi licentiam. quod si lucem opperiantur, iam pacem, iam preces, et pro labore et volneribus clementiam et gloriam, inania, laturos, sed opes Cremonensium in sinu praefectorum legatorumque fore. expugnatae urbis praedam ad militem, deditae ad duces pertinere. spernuntur centuriones tribunique, ac ne vox cuiusquam audiatur, quatiunt arma rupturi imperium, ni ducantur.

20 Tum Antonius inserens se manipulis, ubi adspectu et auctoritate silentium fecerat, non se decus neque pretium eripere tam bene meritis adfirmabat, sed divisa inter exercitum ducesque munia: militibus cupidinem pugnandi convenire, duces providendo consultando, cunctatione saepius quam temeritate prodesse. ut pro virili portione armis ac manu victoriam iuverit, ratione et consilio, propriis ducis artibus, profuturum; neque enim ambigua esse, quae occurrant, noctem et ignotae situm urbis, intus hostes et cuncta insidiis opportuna. non, si pateant portae, nisi explorato, nisi die intrandum. an obpugnationem inchoaturos, adempto omni pro-

pulchra dictu] 'was ganz schön klang'.
5. *in plano*] wie V, 23 *castra in plano sita;* Liv. IX, 26 *urbs sita in plano.* Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 21, 2, a.
impetu] im Gegensatz zu obsidione 'nur so im Anlaufe'.
idem audaciae] vgl. A. XIII, 16 *idem aetatis.*
6. *et*] 'und dabei', fast = 'und doch', wie II, 95, 13.
8. *clementiam*] kurz für famam clementiae. Zur Sache vgl. Liv. XXXVII, 32 *captas, non deditas diripi urbes.*
inania] 'nichtiges, hohles Zeug'; s. zu II, 69, 7. Nipperdey zu A. I, 46 *patres et plebem*, *invalida et inermia.*
9. *in sinu*] 'im Seckel'; s. zu II, 92, 16.
praefectorum] cohortium auxiliarium et alarum.
11. *ne — cuiusquam*] s. Madv. § 494, b. Anm. 1. Berger lat. Stil. § 44.
12. *quatiunt arma*] 'sie klirren mit den Waffen'.
imperium rumpere steht (wie A. XIII, 36 *rupto imperio,* Curt. X, 9, 15 *rupistis imperium*) nach Analogie von fidem, foedus, ius rumpere; s. zu I, 12, 3.
ni ducantur] Ein vom Part. Fut. abhängiger Bedingungssatz (wie noch c. 56, 15. IV, 39, 14) ist vor Livius nicht üblich. S. Draeger Synt. § 195.

20. 4. *munia*] s. zu c. 13, 2.
5. *pro virili portione*] wie Agr. 45 statt des gewöhnlichen *pro virili parte* = τὸ ἑαυτοῦ μέρος, quantum in se sit, 'so viel auf ihn (den Mann) ankomme' d. h. 'für seinen Theil, nach Kräften'. Zu enge fasst die Formel Krebs Antibarbarus S. 697.
6. *victoriam iuvare* 'zum Siege verhelfen'.
ratione et consilio] 'durch Berechnung und Ueberlegung' d. i. 'durch planmässiges und kluges Verfahren', vgl. c. 60. 82. und zu II, 19, 9 und II, 5, 2.
8. *noctem et ignotae situm urbis*] Wörtlich so bei Liv. V, 39, 2. Die Wendung steht mit einer Enallage der Epitheta für *situm urbis ignotum.*
9. *si pateant*] Ebenso in directer Rede; s. Madv. § 347, b.
explorato] 'nach eingezogener Kundschaft'.
10. *an*] Madv. § 453. Schultz § 205 A. 1.
prospectus] eigtl. 'der freie Blick vor sich hin, die freie Aussicht', hier, wo ein Fragesatz davon abhängig gemacht ist, s. v. a. 'die Möglichkeit vor sich zu sehen'.

spectu, quis aequus locus, quanta altitudo moenium, tormentisne et telis an operibus et vineis adgredienda urbs foret? mox conversus ad singulos, num secures dolabrasque et cetera expugnandis urbibus secum attulissent, rogitabat. et cum abnuerent, 'gladiisne', inquit, 'et pilis perfringere ac subruere muros ullae manus possunt? si aggerem struere, si pluteis cratibusve protegi necesse fuerit, ut vulgus inprovidum inriti stabimus, altitudinem turrium et aliena munimenta mirantes? quin potius mora noctis unius advectis tormentis machinisque vim victoriamque nobiscum ferimus?' simul lixas calonesque cum recentissimis equitum Bedriacum mittit, copias ceteraque usui adlaturos.

21 Id vero aegre tolerante milite prope seditionem ventum, cum progressi equites sub ipsa moenia vagos ex Cremonensibus corripiunt, quorum indicio noscitur sex Vitellianas legiones omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat, eo ipso die triginta milia passuum emensum, comperta suorum clade in proelium accingi ac iam adfore. is terror obstructas mentes consiliis ducis aperuit. sistere tertiam decumam legionem in ipso viae Postumiae aggere iubet, cui iuncta a laevo septima Galbiana patenti campo stetit, dein

11. *quis*] scil. esset; s. zu I, 21, 9.
12. *vineis*] s. zu II, 21, 13.
13. *dolabra* 'Kreuzhacke'. Vgl. Liv. XXXVIII, 3 *aliis partibus securibus dolabrisque caedebantur et refringebantur portae*.
expugnandis urbibus] Der Dativ gehört zu *cetera* 'das übrige zur Eroberung von Städten gehörige Geräth'. Ebenso steht im Folgenden *cetera usui* und A. XIV, 3 *cetera ostentandae pietati*, noch freier unten c. 70 *fratris domum inminentem foro et inritandis hominum oculis . . . petisset*.
16. *aggerem struere*] s. zu II, 22, 8.
pluteis cratibusve] s. zu II, 21, 13.
17. *inprovidum* 'gedankenlos'.
18. *aliena*] cum intecti et nudi muris succedamus.
quin] Madv. § 351, b. Anm. 3. Schultz § 352 Anm. 5.
19. *secum ferre* 'in der Hand haben'.
20. *lixas calonesque*] s. zu I, 49, 3.
recentissimi 'die am frischesten waren'.
21. 1. *vero*] 'vollends, nun gar'.
ventum] sc. erat; denn es folgt *cum . . . corripiunt* ('aufgriffen'). Die Phrase *prope seditionem venire* zuerst bei Liv. XXVI, 48 *ea contentio cum prope seditionem veniret*. Vgl. A. VI, 13 *iuxta seditionem ventum*, was an Sall. hist. III fr. 77, 11 *iuxta seditionem erant* erinnert.
2. *sub ipsa*] 'dicht unter'; s. zu V, 11, 2.
3. *indicium* 'Aussage', vgl. Cic. Cat. III § 11. § 13.
sex] leg. I Germ. IV. V. XV. XVI. XXII.
omnemque exercitum, qui Hostiliae egerat] 'und alles Kriegsvolk, was zu H. (c. 14) gestanden hatte', ausser jenen 6 Legionen vexilla leg. II. VIIII. XX und der Rest der Reiterei.
5. *accingi* 'sich schlagfertig machen'.
6. *obstructus*] 'verbaut, verstopft', d. i. 'verstockt'. Das Bild ist vom Gehör aufs Gemüth übertragen; vgl. Sen. de benef. III, 17 *cuius aures morbus obstruxit*.
consilia 'Vorstellungen', wie II, 44, 12.
aperire 'zugänglich machen'.
sistere für *consistere* 'festen Fuss fassen, Stellung nehmen, Halt machen', wie A. IV, 40. H. I, 35, 8.
7. *viae Postumiae aggere*] s. zu II, 24, 13.
8. *patenti campo*] wie II, 43, 1. Beim Abl. abs. stände *patente*, ohne Attribut *in campo*.

septima Claudiana agresti fossa (ita locus erat) praemunita; *a* dextro octava per apertum limitem, mox tertia densis arbustis intersaepta. hic aquilarum signorumque ordo: milites mixti per tenebras, ut fors tulerat; praetorianum vexillum proximum tertianis, cohortes auxiliorum in cornibus, latera ac terga equite circumdata, Sido atque Italicus Suebi cum delectis popularium primore in acie versabantur.

22 At Vitellianus exercitus, cui adquiescere Cremonae et reciperatis cibo somnoque viribus confectum algore atque inedia hostem postera die profligare ac proruere ratio fuit, indigus rectoris, inops consilii, tertia ferme noctis hora paratis iam dispositisque Flavianis inpingitur. ordinem agminis disiecti per iram ac tenebras adseverare non ausim, quamquam alii tradiderint quartam Macedonicam dextro suorum cornu, quintam et quintam decumam cum vexillis nonae secundaeque et vicensimae Britannicarum legionum mediam aciem, sextadecumanos duoetvicensimanosque et primanos laevum cornu complesse. Rapaces atque Italici omnibus se

9. *ita locus erat*] wie Cic. p. Sulla § 22 *nam si ita sum*; vgl. Halm zu Cic. p. Arch. § 31.

praemunita] 'von vorn gedeckt'.

10. *per*] 'entlang'. Vgl. c. 42 *missis per proxima litorum Liburnicis;* IV, 24 *per ripam;* c. 26 *dispositae per omnem ripam stationes;* Caes. b. c. II, 26, 4 *per litora.*

apertum limitem] So wird der Fusssteig oder Feldweg genannt, der von der Heerstrasse querfeldein führte, im Gegensatz zu *agresti fossa* und *densis arbustis*, hinter denen die beiden andern Legionen Deckung fanden.

intersaepta] scil. ab hostium telis.

11. *milites*] singulorum manipulorum.

12. *praetorianum vexillum*] Praetoriani a Vitellio dimissi bello Flaviano *resumpta militia robur Flavianarum partium fuere* (II, 67). Vgl. noch II, 82. IV, 46. Suet. Vit. 10.

13. *equite*] Abl. instrumenti vom Militär gebräuchlich; vgl. c. 30 *tecta . . . fortissimo quoque militum complet.* Madv. § 254 A. 3.

14. *Sido atque Italicus*] s. c. 5.

primore in acie] dasselbe, was II, 43, 5 *principiis.*

22. 2. *algore*] 'vor Frost'. Es war gegen Ende October.

3. *profligare ac proruere*] neue Wendung statt des schier trivial gewordenen *fundere ac fugare.* Vgl. Berger lat. Stil. § 51. 2. Zum Inf. vgl. A. XIV, 14 *vetus illi cupido erat curriculo quadrigarum insistere nec minus foedum studium cithara ludicrum in modum canere.*

ratio fuit] s. zu I, 32, 11. Anders A. III, 21 *dum ea ratio barbaris fuit.* Das Perf. *fuit* bei *ratio* hat Tac. nach Analogie von *operae pretium, aequius, melius fuit* gebraucht.

indigus rectoris] Caecina war in Haft (c. 14), Valens noch unterwegs (c. 15).

4. *tertia . . . hora*] gegen neun Uhr nach heutiger Zeitbestimmung.

5. *agminis disiecti*] 'des zersplitterten Aufmarsches'.

6. *non ausim*] s. zu c. 28, 2.

7. *suorum* ist ein bei der sonstigen knappen Ausdrucksweise des Tac. auffallender Pleonasmus, der nur dadurch seine Erklärung findet, dass dadurch jene Berichterstatter als Flavianer bezeichnet werden sollen.

cornu] scil. fuisse. S. zu IV, 14, 11. Ebenso IV, 70 *dextro cornu cohortes Batavorum.*

8. *cum vexillis*] s. zu I, 31, 16.

10. *complesse*] 'eingenommen hätten'.

Rapaces] leg. XXI Rapacis.

Italici] leg. I Italicae.

manipulis miscuerant; eques auxiliaque sibi ipsi locum legere. proelium tota nocte varium anceps atrox, his, rursus illis exitiabile. nihil animus aut manus, ne oculi quidem provisu iuvabant. eadem utraque acie arma, crebris interrogationibus notum pugnae signum, permixta vexilla, ut quisque globus capta ex hostibus huc vel illuc raptabat. urguebatur maxime septima legio nuper a Galba conscripta. occisi sex primorum ordinum centuriones, abrepta quaedam signa: ipsam aquilam Atilius Verus primi pili centurio multa cum hostium strage et ad extremum moriens servaverat.

23 Sustinuit labentem aciem Antonius accitis praetorianis. qui ubi excepere pugnam, pellunt hostem, dein pelluntur. namque Vitelliani tormenta in aggerem viae contulerant, ut tela *e* vacuo atque aperto excuterentur, dispersa primo et arbustis sine hostium noxa inlisa. magnitudine eximia quintae decumae legionis ballista ingentibus saxis hostilem aciem proruebat. lateque cladem intulisset, ni duo milites praeclarum facinus ausi, arreptis e strage scutis ignorati vincla ac libramenta [tormentorum] abscidissent. statim confossi sunt eoque intercidere nomina: de facto haud ambigitur. neutro inclinaverat fortuna, donec adulta nocte luna surgens ostenderet acies falleretque. sed Flavianis aequior a tergo; hinc maiores equorum virorumque umbrae, et falso ut in corpora

se manipulis miscuerant] weil sie eben in vollständiger Deroute zurückgegangen waren (c. 18).

12. *his, rursus illis*] für modo his, modo illis, wie c. 83 *hos, rursus illos*. S. Draeger Synt. § 137, a.

13. *provisu*] i. e. providendis telis ictibusque, 'um sich vorsehen zu können'.

14. *interrogatio* 'Anrufen'.

pugnae signum] für tessera ('Losung, Parole'), welcher Begriff c. 73, 17 umschrieben wird; s. zu I, 25, 2.

15. *vexilla*] genauer signa et vexilla.

16. *urguebatur maxime*] weil sie eben im freien Felde am meisten exponiert stand (c. 21).

a Galba conscripta] s. zu I, 6, 8.

17. *sex primorum ordinum*] also der fünfte Theil der Centurionen erster Classe.

18. *primi pili centurio*] Der Adler war der Obhut des primipilus anvertraut.

23. 2. *pugnam excipere* 'den Kampf aufnehmen'; vgl. *hostem* oder *impetum excipere* und *cedentes excipere*.

3. *e vacuo atque aperto*] im Gegensatz zu *loco densis arbustis consito*, wie Curt. IV, 6, 9 *tormenta e navibus procul excussa*.

4. *arbustis*] quibus tertia legio intersaepta erat (c. 21).

5. *inlidi* 'einschlagen'.

ballista] s. zu IV, 23.

6. *hostilem*] poetisierend für *hostium*.

cladem inferre 'Verheerung anrichten'.

7. *e strage*] sc. corporum (II, 44); ebenso absolut wie hier II, 88, 3.

8. *vincla ac libramenta*] 'Stränge und Schwungriemen'.

9. *intercidere*] 'sind verloren gegangen'.

10. *adulta nocte*] 'bei vorgerückter Nachtzeit'; vgl. A. I, 23 *aestate iam adulta*; XI, 31 *adulto autumno*; Thuc. II, 19 *τοῦ θέρους καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος*.

11. *ostendere* 'sehen lassen'.

a tergo steht prädicativ, weshalb Doederlein *surgens* ergänzt wissen will. Aehnliches ereignete sich in einer Schlacht zwischen Pompejus und Mithridates (Plut. Pomp. 32).

12. *falso ictu*] 'mit falsch gezieltem Wurfe'; vgl. II, 22, 5 *certo ictu*.

ictu tela hostium citra cadebant: Vitelliani adverso lumine conlucentes velut ex occulto iaculantibus incauti offerebantur.

Igitur Antonius, ubi noscere suos noscique poterat, alios 24
pudore et probris, multos laude et hortatu, omnes spe promissisque accendens, cur resumpsissent arma, Pannonicas legiones interrogabat: illos esse campos, in quibus abolere labem prioris ignominiae, ubi reciperare gloriam possent. tum ad Moesicos conversus principes auctoresque belli ciebat: frustra minis et verbis provocatos Vitellianos, si manus eorum oculosque non tolerent. haec, ut quosque accesserat, plura ad tertianos, veterum recentiumque admonens, ut sub M. Antonio Parthos, sub Corbulone Armenios, nuper Sarmatas pepulissent. mox infensius praetorianis, 'vos', inquit, 'nisi vincitis, pagani, quis alius imperator, quae castra alia excipient? illic signa armaque vestra sunt, et mors victis; nam ignominiam consumpsistis.' undique clamor, et orientem solem (ita in Suria mos est) tertiani salutavere.

13. *adversus* 'von vorn fallend'.
14. *incauti*] passiv 'nicht sicher gestellt' d. h. 'schutzlos'.
offerri 'bloss gestellt, preisgegeben werden', nach Analogie von caput, vitam, se offerre.

24. 2. *pudore*] prägnant 'durch Erregung von Schamgefühl' d. h. 'durch Beschämung'.
3. *Pannonicas*] leg. XIII. VII Galbianam (II, 86, 1).
4. *prioris ignominiae*] Gemeint ist die frühere Schlacht bei Bedriacum, in der namentlich die Dreizehner sich unglücklich geschlagen hatten (II, 43).
5. *gloria* hier, wie öfters, von der militärischen Ehre.
Moesicos] leg. III. VII Claudianam et VIII.
6. *principes auctoresque belli*] Vgl. II, 85 *ita tres Moesicae legiones per epistulas adliciebant Pannonicum exercitum aut abnuenti vim parabant.* Den Anfang mit dem Pronunciamento hatte eigentlich die dritte Legion gemacht (II, 85, 2). Zum Ausdruck vgl. Caes. b. G. V, 54 *esse aliquos repertos principes inferendi belli*; Liv. XL, 50 *principes et auctores transcendendi Alpes.*
ciebat] für das Comp. *exciebat:* übers. 'feuerte an', eigtl. 'rief auf'. Vgl. c. 10 *nomine ciens*; Verg. Aen. VI, 165 *aere* (i. e. tuba) *ciere viros.*

8. *haec*] scil. dixit. Vgl. c. 19, 4. V, 25 *haec vulgus, proceres atrociora;* IV, 75 *ad ea Cerialis Civili et Classico nihil.* Madv. § 479, d.
ut quosque] s. zu V, 16, 6.
accedere mit dem Acc. nach dem Vorgange von Nepos, Varro und Sallust hat Tac. noch A. II, 58. XII, 31. 33.
9. *ut*] Der indirecte Fragesatz steht appositiv zu *veterum recentiumque.* Zum Gebrauche von *ut* s. zu I, 79, 9. Draeger Synt. § 153, 4.
Parthos] 36 v. Chr. Es kann also nur die Legion als militärischer Körper gemeint sein.
10. *Armenios*] vgl. A. XV, 26.
Sarmatas] vgl. I, 79.
infensius] 'in erbitterterem Tone, in steigender Erbitterung'.
11. *pagani*] 'Spiessbürger'; vgl. zu I, 53, 13.
12. *signa arma*] Vgl. II, 67 *addito honestae missionis lenimento arma ad tribunos suos deferebant.*
13. *ignominiam consumpsistis*] 'das Mass eurer Schmach ist erschöpft'. Vgl. Sil. It. XI, 34 *consumptusque pudor peccando.*
14. *ita in Suria mos est*] Dort hatte nämlich die dritte Legion unter Corbulo gedient (II, 74. A. XV, 6. 25). Ueber die hier erwähnte Sitte der Parther beim Beginne des Kampfes vgl. Herodian IV, 15

25 Vagus inde an consilio ducis subditus rumor, advenisse Mucianum, exercitus in vicem salutasse. gradum inferunt quasi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie, ut quos nullo rectore suus quemque impetus vel pavor contraheret diduceretve. postquam inpulsos sensit Antonius, denso agmine obturbabat. laxati ordines abrumpuntur nec restitui quivere inpedientibus vehiculis tormentisque. per limitem viae sparguntur festinatione consectandi victores. eo notabilior caedes fuit, quia filius patrem interfecit. rem nominaque auctore Vipstano Messalla tradam. Iulius Mansuetus ex Hispania, Rapaci legioni additus, inpubem filium domi liquerat. is mox adultus, inter septimanos a Galba conscriptus, oblatum forte patrem et volnere stratum dum semianimem scrutatur, adgnitus adgnoscensque et exsanguem amplexus, voce flebili precabatur placatos patris manes, neve se ut

ἀσπασάμενοι τὸν ἥλιον, ὡς ἔθος αὐτοῖς, οἱ βάρβαροι μεγίστῃ τε κλαγγῇ βοήσαντες ἐπέδραμον τοῖς Ῥωμαίοις τοξεύοντές τε καὶ καθιππεύοντες.

25. 1. *inde*] 'es entstand daraus', nämlich dass die III Legion die aufgehende Sonne begrüsste. Ueber den bei Tac. üblichen Ausfall von *esse* bei *inde* und *unde* s. zu c. 2, 9. I, 19, 1.

an] mit dem Ausdrucke des Schwankens wie I, 7, 9. IV, 47, 1. 66, 8. A. I, 13. 65. II, 38. 42. S. Madv. § 453 A. 1. Draeger Synt. § 153, 1.

2. *in vicem*] wie c. 46, 6. 70, 1. Die älteren Klassiker sagten statt dessen *inter se*.

3. *rariore*] s. zu II, 99, 6.

ut quos . . . impetus vel pavor contraheret diduceretve] Eine ähnliche rhetorische Verschränkung und Verschiebung logisch zusammengehöriger Begriffe findet sich II, 41 *ut cuique audacia vel formido, in primam postremamve aciem prorumpebant aut relabebantur*. Die logische Satzgliederung wird dem rhetorischen Interesse und der Antithese geopfert und die gegensätzlichen Glieder der Periode an einander gerückt. S. zu I, 6, 2.

5. *inpulsos*] 'zum Weichen gebracht', nicht *pulsos* 'geworfen', was schon wegen des folgenden *obturbabat* i. e. occurrendo turbabat nicht wohl angeht.

6. *laxati o. abrumpuntur*] 'die gelockerten Glieder bekommen Lücken'.

7. *limitem*] Neben dem Strassendamm des Heerweges lief ein Fusssteig her. S. zu II, 24, 13.

8. *notabilis* 'der Aufzeichnung werth, denkwürdig'; vgl. c. 54 *notabili constantia centurio Iulius Agrestis;* II, 53 *notabile iurgium fuit*; Cic. ad fam. V, 12, 5 *si vero* (ancipites variique casus) *exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate.*

9. *auctore*] 'nach dem Berichte'. Anders Cic. de off. II, 2, 8 *in antiquissima nobilissimaque philosophia auctore Cratippo* ('unter Leitung des Cratippus') *versaris.*

Messalla] s. zu c. 9, 11. Einen ähnlichen Vorfall berichten Liv. epit. 79 und Granius Licinianus p. 25 (ed. Teubn.).

10. *additus*] statt des technischen Ausdruckes adscriptus oder in legionem conscriptus.

11. *mox*] s. zu I, 1, 7.

inter septimanos] s. zu I, 6, 8.

12. *volnus* hier 'Verwundung'.

scrutatur] spoliandi causa.

13. *exsanguem*] 'sich verblutend', wie c. 27. II, 22, 10 *exsangues aut laceri*. Vgl. Cic. p. Sest. § 79 *exsanguem et confectum* 'von starkem Blutverlust erschöpft, todesmatt'.

14. *flebili*] Die Adjectiva auf *bilis* haben zuweilen die Bedeutung des Part. Pr., wie *flebilis numeri* 'klagende Weisen' bei Ovid, *vox miserabilis* 'eine jammernde Stimme'

parricidam aversarentur: publicum id facinus; et unum militem quotam civilium armorum partem? simul attollere corpus, aperire humum, supremo erga parentem officio fungi. advertere proximi, deinde plures: hinc per omnem aciem miraculum et questus et saevissimi belli exsecratio. nec eo segnius propinquos adfinis fratres trucidant spoliant; factum esse scelus loquuntur faciuntque.

Ut Cremonam venere, novum immensumque opus occurrit. 26
Othoniano bello Germanicus miles moenibus Cremonensium castra sua, castris vallum circumiecerat eaque munimenta rursus auxerat. quorum adspectu haesere victores, incertis ducibus, quid iuberent. incipere obpugnationem fesso per diem noctemque exercitu arduum et nullo iuxta subsidio anceps: sin Bedriacum redirent, intolerandus tam longi itineris labor, et victoria ad inritum revolvebatur: munire castra, id quoque propinquis hostibus formidolosum, ne dispersos et opus molientes subita eruptione turbarent. quae super cuncta terrebat ipsorum miles periculi quam morae patien-

bei Cicero. Vgl. Berger lat. Stil. § 19 A.

placatos] Prolepsis (s. Schultz § 465 A.) nach dem Vorgange von Verg. georg. IV, 547 *placatam Eurydicen vitula venerabere caesa.* Hiermit ist ein Objectssatz durch *neve* coordiniert. Zur Wendung *neve se* etc. vgl. Liv. III, 50 *orabat, ne, quod scelus Appii Claudii esset, sibi attribuerent neu se ut parricidam liberum aversarentur.*

15. *publicum*] 'im öffentlichen Dienste geschehen'.

16. *quotam c. a. partem?*] 'welch ein unbedeutendes Glied in der Kette des Bürgerkrieges!'

aperire humum] 'macht eine Grube im Erdreich'.

17. *advertere*] Pf. oder Inf. Pr.?

18. *miraculum*] s. zu I, 27, 14.

19. *nec*] für *nec vero.*

propinquos] wie c. 34 statt *cognatos*, was auch *fratres* in sich schliessen würde.

20. *trucidant spoliant*] Das zweigliederige Asyndeton hat hier dieselbe Bedeutung wie *et trucidant et spoliant.*

26. 2. *Othoniano bello*] zur Zeit der ersten Schlacht bei Bedriacum.

3. *auxerat*] scil. turribus ligneis (c. 29).

4. *haesere*] 'stutzten'.

quid iuberent] von *incertis* abhängig, wie bei Liv. XLII, 57 *constitit rex incertus, quantum esset hostium.* Vgl. Schultz § 329 A. 2.

5. *per diem noctemque*] Wie unterschieden von *dies noctesque?*

arduum] s. zu II, 76, 5.

6. *iuxta*] 'zur Hand'.

7. *victoria ad inritum revolvebatur*] 'der Sieg sank in nichts zurück' d. i. 'die Früchte des Sieges giengen wieder verloren'. Einfacher Liv. XXVIII, 31, 1 *spem ad inritum redactam.*

8. *id quoque ... formidolosum, ne*] Der Furchtbegriff ist mit einem Object und einem subordinierten Satze verbunden, wie II, 26 *timuisse se Paulinus ferebat tantum insuper laboris atque itineris, ne Vitellianus miles recens e castris fessos adgrederetur.*

propinquis hostibus] Warum ist es nicht der Dativ?

9. *moliri* steht von einer mühevollen und beschwerlichen Arbeit; vgl. Cic. de n. d. II, 23, 59 *multitudo nec cessantium deorum nec ea, quae agant, molientium cum labore operoso ac molesto.*

quae super] Stellung der zweisilbigen Präp. hinter dem relativen Pronomen, wie bei Tac. öfters. Madv. § 469 A. 1.

10. *patientior*] 'der sich eher gefallen liess'.

tior: quippe ingrata, quae tuta, ex temeritate spes; omnisque caedes et volnera et sanguis aviditate praedae pensabantur.

27 Huc inclinavit Antonius cingique vallum corona iussit. primo sagittis saxisque eminus certabant, maiore Flavianorum pernicie, in quos tela desuper librabantur; mox vallum portasque legionibus attribuit, ut discretus labor fortes ignavosque distingueret atque ipsa contentione decoris accenderentur. proxima Bedriacensi viae tertiani septimanique sumpsere, dexteriora valli octava ac septima Claudiana; tertiadecumanos ad Brixianam portam impetus tulit. paulum inde morae, dum ex proximis agris ligones dolabras et alii falces scalasque convectant: tum elatis super capita scutis densa testudine succedunt. Romanae utrimque artes: pondera saxorum Vitelliani provolvunt, disiectam fluitantemque testudinem lanceis contisque scrutantur, donec soluta compage scutorum exsangues aut laceros prosternerent multa cum strage. incesserat cunctatio, ni duces fesso militi et velut inritas exhortationes abnuenti Cremonam monstrassent.

28 Hormine id ingenium, ut Messalla tradit, an potior auctor sit C. Plinius, qui Antonium incusat, haud facile discreverim, nisi

11. *ingrata*] 'ungern gesehen, unwillkommen'.

12. *pensabantur*] statt des Comp. compensabantur.

27. 1. *corona cingere* 'einen Kreis schliessen um —'.

2. *sagittis saxisque*] sc. tormentis excussis, worauf das folgende *tela librabantur* hinweist.

4. *discretus*] sc. singularum legionum; vgl. IV, 23 *quo discreta virtus manifestius spectaretur*.

5. *decoris*] Gen. obiect.

proxima Bedriacensi viae] Die Verbindung des Plur. der Adj. oder Part. im Neutrum mit dem Dat. Abl. oder einem präpositionalen Ausdruck ist sehr selten; vgl. Liv. XXI, 11 *per patentia ruinis* ('die Breschen') *agmina armatorum in urbem vadebant;* Cic. de off. II, 8, 28 *multa nefaria in socios*.

6. *septimani*] leg. VII Galbiana (c. 7, 2. 21, 8. 22, 16).

dexteriora valli] 'die Wallstrecke mehr zur Rechten'.

7. *Brixiana porta*] qua via Brixiam (hodie Brescia) ducebat.

8. *agri* 'Feldmarken'.

et alii] statt *alii — alii*, wie A. I, 63 *ut opus et alii proelium inciperent;* XII, 41 *remoti fictis ex causis et alii per speciem honoris*. Draeger Synt. § 117.

10. *artes*] 'Mittel der Kriegskunst', wie V, 21, 13.

saxorum] Gen. apposit. wie A. I, 17 *uligines paludum*.

12. *donec*] bei Cic. nur mit dem Ind. Pf. in der Bedeutung 'bis endlich' (Schultz § 363).

compages 'das Gefüge'.

exsangues] s. zu c. 25, 13.

13. *multa cum strage*] vgl. c. 22 *multa cum hostium strage;* II, 88 *plurima strages*.

incesserat] s. zu II, 63, 12. Ueber den rhetorischen Gebrauch des Ind. Plpf. vgl. Madv. § 348, c.

14. *inritus* 'wirkungslos'.

15. *Cremonam*] coloniam opulentissimam diripiendam tamquam laboris et periculi pretium.

monstrassent] gestu nutuque haud ambiguo.

28. 1. *Hormi*] vgl. c. 12, 15.

ingenium] i. e. ingenii commentum, 'ein Einfall', wie IV, 32, 15.

Messalla] s. zu c. 9, 11.

tradit] nicht tradidit. Ebenso c. 51 *nec quicquam ultra traditur*; A. I, 29 *tradunt plerique*; V, 9 *tradunt temporis eius auctores*.

2. *C. Plinius*] Ein älterer Zeit-

quod neque Antonius neque Hormus a fama vitaque sua quamvis pessimo flagitio degeneravere. non iam sanguis neque volnera morabantur, quin subruerent vallum quaterentque portas innixi umeris et super iteratam testudinem scandentes prensarent hostium tela brachiaque. integri cum sauciis, semineces cum exspirantibus volvuntur, varia pereuntium forma et omni imagine mortium.

Acerrimum tertiae septimaeque legionum certamen; et dux 29
Antonius cum delectis auxiliaribus eodem incubuerat. obstinatos inter se cum sustinere Vitelliani nequirent et superiacta tela testudine laberentur, ipsam postremo ballistam in subeuntes propulere, quae ut ad praesens disiecit obruitque, quos inciderat, ita pinnas ac summa valli ruina sua traxit; simul iuncta turris ictibus saxo-

genosse des Tacitus hinterliess er ausser 20 Büchern bellorum Germaniae eine Geschichte seiner Zeit unter dem Titel: A fine Aufidi Bassi triginta unus d. h. Fortsetzung des Geschichtswerkes von Aufidius Bassus (A. XIII, 20. XV, 53).

haud facile discreverim] Dieser Conj. Pf. als Potentialis der Gegenwart steht besonders gern bei negativen Gedanken u. Behauptungen, wie A. V, 6 *haud discreverim:* XV, 49 *nec tamen facile memoraverim;* H. III, 22 *adseverare non ausim;* c. 78 *haud facile quis uni adsignaverit culpam;* A. II, 83 *haud facile quis numerum inierit;* III, 22 *haud facile quis dispexerit.* Vgl. noch zu I, 79, 11. Madv. § 350, b. Draeger Synt. § 28, b.

nisi quod] 'nur dass'; s. zu IV, 39, 8.

3. *quamvis pessimo*] Cic. verbindet den Positiv mit *quamvis*; vgl. Madv. § 443 A.

4. *non degenerare* hier s. v. a. 'getreu bleiben'. Vgl. Cic. acc. in Verr. III § 159 *etiamsi natura puerum a paternis vitiis atque a generis similitudine abduceret, consuetudo tamen eum et disciplina degenerare non sineret.* Also eine vox media.

6. *umeris*] Dat. oder Abl.?

iteratam] mit Bezug auf c. 27.

8. *volvi* 'hinabrollen'.

varia pereuntium forma] ein Anklang an Thuc. III, 81 πᾶσά τε ἰδέα κατέστη θανάτου; c. 98 πᾶσά τε ἰδέα κατέστη τῆς φυγῆς καὶ τοῦ ὀλέθρου. Uebers. *forma* durch 'Erscheinung'; über den Gen. Plur. des Part. Pr. s. zu I, 4, 5.

omni imagine mortium] wohl eine Reminiscenz aus Verg. Aen. II, 369 *plurima mortis imago.*

29. 1. *septimae*] Galbianae.

legionum] s. zu I, 18, 8.

2. *incubuerat*] s. zu c. 10, 6.

obstinatos inter se] i. e. cum obstinatione inter se certantes. Beide Legionen und die Hilfsvölker gaben an Kampfeseifer und Ausdauer einander nichts nach. Ueber die Verbindung des Part. Pass. mit *inter se* vgl. c. 17, 9 *firmati inter se.* Unnöthig erscheint daher der im Uebrigen sinnreiche Vorschlag Rupertis *obstinatos vincere* (Liv. VIIII, 25 *obstinatos claudere portas;* XXIII, 29 *obstinaverant animis vincere aut mori*). Im Part. Pass. findet sich *obstinare* hier wie c. 56 transitiv, als Verb. finit. aber steht es II, 84 intransitiv, wie bei Livius a. a. O.

3. *superiacta*] nicht *superiecta*, sowie auch V, 6 und in einem Fr. des Sall. Hist. II bei Non. p. 503 l. 33 (ed. Merc.)

testudine laberentur] nach dem Vorgange von Verg. Aen. XI, 588 *labere nympha polo* und georg. I, 366 *videbis praecipites caelo labi* (stellas), wenn nicht *de* vor *testudine* ausgefallen sein sollte. Ueber den Abl. s. Nipperdey zu A. I, 60.

5. *obruit*] 'unter sich begrub'.

quos inciderat] nach dem Vorgange von Verg. Aen. IX. 721 *bellator animos deus incidit.*

6. *summa valli* 'die Wallkrone'.

iunctus 'angebaut'.

turris] lignea in vallo militari exstructa (c. 26).

rum cessit, qua septimani dum nituntur cuneis, tertianus securibus gladiisque portam perfregit. primum inrupisse C. Volusium tertiae legionis militem inter omnes auctores constat. is in vallum egressus deturbatis, qui restiterant, conspicuus manu ac voce capta castra conclamavit; ceteri trepidis iam Vitellianis seque e vallo praecipitantibus perrupere. completur caede, quantum inter castra murosque vacui fuit.

30 Ac rursus nova laborum facies: ardua urbis moenia, saxeae turres, ferrati portarum obices, vibrans tela miles, frequens obstrictusque Vitellianis partibus Cremonensis populus, magna pars Italiae stato in eosdem dies mercatu congregata, quod defensoribus auxilium ob multitudinem, obpugnantibus incitamentum ob praedam erat. rapi ignes Antonius inferrique amoenissimis extra urbem aedificiis iubet, si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. propinqua muris tecta et altitudinem moenium egressa fortissimo quoque militum complet; illi trabibus tegulisque et facibus propugnatores deturbant.

31 Iam legiones in testudinem glomerabantur et alii tela saxaque incutiebant, cum languescere paulatim Vitellianorum animi. ut quis ordine anteibat, cedere fortunae, ne Cremona quoque excissa nulla ultra venia omnisque ira victoris non in vulgus inops sed in tribunos centurionesque, ubi pretium caedis erat, reverteretur.

8. *portam*] scil. Bedriacensem; vgl. c. 27, 5.

9. *auctores*] s. zu I, 1, 3.

10. *manus* 'Handbewegung'.

capta castra] Ueber den Acc. s. zu c. 10 *interceptorem donativi clamitabant.*

12. *quantum . . . vacui*] s. Nägelsbach lat. Stil. § 21. Anm. 1. Berger lat. Stil. § 13, 3, b.

30. 1. *nova laborum facies*] 'ein neues Stück Arbeit', wohl eine Reminiscenz aus Verg. Aen. VI, 103 f. *non ulla laborum, o virgo, nova mi facies inopinave surgit.*

3. *populus* 'die Bevölkerung'.

4. *stato*] i. e. qui certis diebus fieri debet. So *stata sacrificia*, *statae caerimoniae* u. s. w.

6. *rapere ignes* 'Feuerbrände eilends fassen'.

amoenissimis extra urbem aedificiis] wie Plin. epp. I, 3 *suburbanum amoenissimum* von geschmackvollen Bauten, nicht bloss von der reizenden Lage.

7. *si*] 'ob vielleicht'; vgl. zu I, 31, 10.

8. *tecta*] hier im eigentlichen Wortsinne zu nehmen; daher *trabes* im Folgenden als 'Dachsparren' aufzufassen.

9. *egressa*] mit dem Acc. der überschrittenen Linie, wie A. II, 38 *egredi aliquando relationem.* Anders H. IV, 44.

fortissimo quoque] Abl. instr. wie c. 21, 13.

31. 1. *alii*] scil. auxiliares.

2. *cum languescere*] Der Inf. hist. Act. und Pass. im relativisch mit *cum* angeknüpften Hauptsatze findet sich nach dem Vorgange von Sallust und Livius bei Tac. öfters, z. B. A. I, 31. 40. II, 31. IV, 50. VI, 44. XI, 34. XIV, 5. Vgl. Madv. § 392. Schultz § 365 A. 3.

3. *ordine anteire* 'höher im Range stehen'; s. zu I, 31, 13.

cedere 'sich fügen'.

excissa] s. zu II, 38, 4.

4. *vulgus*] scil. militum, 'der gemeine Mann'.

5. *pretium*] s. zu c. 8, 7.

reverteretur ist in Bezug auf den Widerstand aufzufassen, zu dem die Offiziere ihre Soldaten noch anreizen könnten. Die Offiziere fügen

gregarius miles futuri socors et ignobilitate tutior perstabat: vagi per vias, in domibus abditi, pacem ne tum quidem orabant, cum bellum posuissent. primores castrorum nomen atque imagines Vitellii amoliuntur; catenas Caecinae (nam etiam tum vinctus erat) exsolvunt orantque, ut causae suae deprecator adsistat. aspernantem tumentemque lacrimis fatigant, extremum malorum, tot fortissimi viri proditoris opem invocantes; mox velamenta et infulas pro muris ostentant. cum Antonius inhiberi tela iussisset, signa aquilasque extulere; maestum inermium agmen deiectis in terram oculis sequebatur. circumstiterant victores et primo ingerebant probra, intentabant ictus: mox, ut praeberi ora contumeliis et posita omni ferocia cuncta victi patiebantur, subit recordatio illos esse, qui nuper Bedriaci victoriae temperassent. sed ubi Caecina praetexta lictoribusque insignis, dimota turba, consul incessit, exarsere victores: superbiam saevitiamque, (adeo invisa scelera sunt) etiam

sich ins unvermeidliche, weil die Folgen hartnäckigen Widerstandes auf sie zurückfallen würden, indem sich die Feinde natürlicherweise dahin wenden, wo Beute zu holen ist. Ueber die Bedeutung des Praefixes *re* s. zu c. 13, 21. Nipperdey hat Murets Conjectur *verteretur* wieder aufgenommen.

6. *socors* 'sorglos, unbekümmert'. *ignobilitas* 'untergeordnete Stellung'.

8. *bellum ponere* ist Neuerung für *arma ponere*.

primores] legati, praefecti, tribuni, centuriones, 'die höheren Chargen'.

nomen] signis et vexillis praescriptum coll. c. 13. II, 85 *laceratis vexillis nomen Vitellii praeferentibus*.

imagines] in principiis castrorum positis coll. c. 13. 14.

9. *etiam tum vinctus*] vgl. c. 14, 3.

10. *adsistat*] s. v. a. *adstaret*, wie auch IV, 83, wofür sonst *adesse* in diesem Sinne gebraucht wird.

11. *tumens* 'aufbrausend, ungebärdig'. Etwas anders I, 16, 11 'aufgeblasen, dünkelvoll'.

fatigant] s. zu I, 29, 1.

extremum malorum] Apposition zum nachfolgenden Satze. S. zu I, 44, 12. Des rhetorischen Nachdrucks halber tritt die Apposition voran, wie I, 15, 22. II, 32, 16. III, 66. 84. IV, 85. V, 4 u. ö.

12. *velamenta et infulas*] wie I, 66, 3; s. zu I, 63, 10.

pro muris] wie A. II, 81, 'vorn auf, oben auf den Mauern'; s. zu I, 29, 8.

13. *inhibere tela* 'das Schiessen einstellen'.

16. *ictus intentare* 'mit Hieben drohen'.

mox] s. zu I, 1, 7.

ut praeberi] s. zu c. 10, 15.

17. *ferocia* hier 'trotziger Muth, trotziges Gebahren'; s. zu II, 66, 3.

subire 'anwandeln, überkommen'; s. zu I, 13, 10. II, 70, 16.

18. *victoriae temperassent*] wie Sall. Cat. 11, 7 *victoriae temperarent;* s. zu II, 47, 5. Zur Sache vgl. II, 45.

19. *consul*] s. II, 71, 7. III, 37. IV, 31.

20. *superbiam*] Sein Hochmuth verrieth sich durch prachtvolle Amtskleidung.

saevitiam] Gemeint ist seine Hartherzigkeit und Unempfindlichkeit gegenüber den Leiden seines besiegten Heeres.

adeo] ut, etiam si partibus profuerint, contemnantur. Den Anlass zu der eingeschalteten Reflexion gibt dem Autor der Vorwurf der *perfidia*. Dass dem Caecina diese rohe und verwilderte Soldateska seine *perfidia* vorrückt, die doch ihnen selber zu Statten gekommen, findet Tac. auffallend und erklärt es aus dem unaustilgbaren Abscheu des Menschen vor dem Frevel. Die Beziehung der Parenthese auf das Folgende ebenso, wie hier, A. I,

perfidiam obiectabant. obstitit Antonius datisque defensoribus ad Vespasianum dimisit.

32 Plebs interim Cremonensium inter armatos conflictabatur; nec procul caede aberant, cum precibus ducum mitigatus est miles. et vocatos ad contionem Antonius adloquitur, magnifice victores, victos clementer, de Cremona in neutrum. exercitus praeter insitam praedandi cupidinem vetere odio ad excidium Cremonensium incubuit. iuvisse partes Vitellianas Othonis quoque bello credebantur; mox tertiadecumanos ad extruendum amphitheatrum relictos, ut sunt procacia urbanae plebis ingenia, petulantibus iurgiis inluserant. auxit invidiam editum illic a Caecina gladiatorum spectaculum eademque rursus belli sedes et praebiti in acie Vitellianis cibi, caesae quaedam feminae studio partium ad proelium progressae; tempus quoque mercatus ditem alioqui coloniam maiore opum specie complebat. ceteri duces in obscuro: Antonium fortuna famaque omnium oculis exposuerat. is balineas abluendo cruori propere petit. excepta vox est, cum teporem incusaret, statim futurum, ut incale-

39 *ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, (rarum etiam inter hostes) legatus populi Romani Romanis in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset.* XII, 42. H. I, 15, 22. II, 88, 6. S. noch zu c. 40, 10.

21. *datis defensoribus*] 'unter sicherem Geleite'.

32. 1. *conflictabatur*] s. zu c. 16, 13.

2. *et*] s. zu c. 8, 8.

4. *in neutrum*] in neutram partem, neque ad salutem neque ad perniciem.

6. *iuvisse partes Vitellianas*] vgl. II, 70.

credebantur] s. zu c. 4, 6.

7. *amphitheatrum*] vgl. II, 67.

8. *procacia*] Während *procacitas* die herausfordernde Frechheit ist, bezeichnet *petulantia* den neckischen u. schadenfrohen Muthwillen. So sind *petulantia iurgia* 'muthwillige, neckische Stichelreden'; beide Begriffe verbunden in *procacitatis et petulantiae certamen* (c. 11).

9. *invidiam*] 'Ungunst der Menge, Misstimmung', Z. 16 'Gehässigkeit' oder 'Anfeindung', wie A. I, 44.

gladiatorum spectaculum] vgl. II, 67. 70.

10. *belli sedes*] s. zu c. 8, 1.

12. *alioqui*] 'ohnehin', wie II, 27 *alioquin*.

13. *in obscuro* 'im Hintergrunde'.

14. *exponere* zunächst 'zur Schau ausstellen', dann 'aussetzen'; vgl. Cic. acc. in Verr. IV § 62 *exponit* (Verres) *ea, quibus abundabat, plurima et pulcherrima vasa argentea;* ebendort *exponit* (rex) *suas copias omnes, multum argentum* etc. Etwas anders oben c. 5, 3.

abluendo cruori pr. petit] Der finale Dativ des Gerund. nach jedem Verbum ist nachklassisch und besonders beim älteren Plinius und Tac. beliebt. Zunächst gieng er wohl von dem mit dem Dativ der Bestimmung verbundenen Verbum *deligere* aus. Mehr s. bei Draeger Syntax § 206, b.

15. *excepta*] s. zu c. 73, 17.

tepor 'laue Temperatur'.

statim futurum, ut incalescerent] Durch die Uebertragung aus der directen in die abhängige Rede ist die ursprüngliche Form des vernile dictum etwas verwischt, doch lässt sie sich mit einiger Wahrscheinlichkeit durch Muthmassung herstellen. Nur wenn man Antonius sagen lässt: *statim fiet, ut incalescant* (scil. balineae), nicht *ut incalescatis*, ist die Pointe des schlechten Witzes erfindlich. Denn nach dem ausdrücklichen Zusatze des Berichterstatters *quae iam flagrabat* kann man nicht umhin mit Doederlein zu unterstellen, dass Ant. um den

scerent: vernile dictum omnem invidiam in eum vertit, tamquam signum incendendae Cremonae dedisset, quae iam flagrabat.

Quadraginta armatorum milia inrupere, calonum lixarumque 33
amplior numerus et in libidinem ac saevitiam corruptior. non dignitas, non aetas protegebat, quo minus stupra caedibus, caedes stupris miscerentur. grandaevos senes, exacta aetate feminas viles ad praedam in ludibrium trahebant: ubi adulta virgo aut quis forma conspicuus incidisset, vi manibusque rapientium divolsus ipsos postremo direptores in mutuam perniciem agebat. dum pecuniam vel gravia auro templorum dona sibi quisque trahunt, maiore aliorum vi truncabantur. quidam obvia aspernati verberibus tormentisque dominorum abdita scrutari, defossa eruere, faces in manibus, quas, ubi praedam egesserant, in vacuas domos et inania templa per lasciviam iaculabantur; utque exercitu vario linguis moribus, cui ci-

von den wüthenden Soldaten bereits begonnenen Greuel der Brandstiftung gewusst und auf die nachgerade zu erwartende Erwärmung durch die näherrückenden Flammen angespielt habe. Diese Auffassung und Voraussetzung ist aber mit dem ziemlich ordinären Charakter des Antonius, wie er in der Darstellung des Tac. auch sonst hervortritt, wohl vereinbar. Nur dass er nicht den ausdrücklichen Befehl und gleichsam das Signal zu der Feueranlegung gegeben habe, gibt Tac. mit den Worten deutlich genug zu verstehen *omnem invidiam in eum vertit, tamquam signum incendendae Cremonae dedisset*, namentlich aber durch den Zusatz *quae iam flagrabat* mit dem adversativen Relativ.

16. *vernile dictum*] i. e. dignum verna, non imperatoria gravitate, a qua alienum est in re tam tristi atrocique dicteria iacere. Zum Ausdrucke *vernile dictum* vgl. zu II, 59, 12.

tamquam] s. zu I, 8, 9.

33. 2. *libido* 'Lüsternheit, Ausschweifung', hier wie II, 73, 6 mit *saevitia* verbunden. Zur Charakteristik der Marketender und Händler vgl. II, 87 *procacissimis etiam inter servos lixarum ingeniis*.

dignitas 'Rang', wie G. 13 u. ö.

3. *stupra*] 'Entehrung', s. zu I, 66, 17.

4. *grandaevus* 'hochbetagt'.

exacta aetate 'abgelebt'.

5. *in ludibrium* 'zum Gespötte, zur Kurzweil'.

ubi . . . incidisset] wie I, 49 *ubi in bonos incidisset;* s. zu I, 10, 7. Madv. § 359.

quis] nach *aut* statt *aliquis*, als ob *ubi* unmittelbar vorhergienge; vgl. Berger lat. Stil. § 42. Ausser nach den dort aufgeführten Conjunctionen findet sich *quis* als Pron. indefinitum bei Cicero wohl kaum noch ein dutzendmal.

forma] prägnant 'Wohlgestalt', wie I, 7, 16. IV, 14, 6. A. V, 1.

6. *vi manibusque*] 'durch die rohe Gewalt'.

rapientium] s. zu I, 27, 13.

9. *truncabantur*] i. e. artibus maximeque manibus abscissis mutilabantur. Cf. II, 70 *trunci artus*. Nipperdey liest *obtruncabantur*.

10. *dominorum*] 'der Hausbesitzer', wie IV, 1, 11.

eruere 'herausscharren'.

faces in manibus] scil. gerentes. Vgl. Verg. Aen. V, 136 *considunt transtris intentaque brachia remis* (scil. tenentes) *intenti exspectant signum*. Uebers. 'Fackeln in der Hand'.

11. *egerere* 'herausschaffen'.

vacuus 'ausgeräumt'.

inania] spoliata donis et ornamentis. Vgl. V, 9 *vacuam sedem et inania arcana*.

12. *utque exercitu vario* etc.] Der Abl. des obwaltenden Umstandes, wie II, 73 *tum ipse exercitusque, ut nullo aemulo, saevitia libidine*

ves socii externi interessent, diversae cupidines et aliud cuique fas nec quicquam inlicitum. per quadriduum Cremona suffecit. cum omnia sacra profanaque in ignes considerent, solum Mefitis templum stetit ante moenia loco seu numine defensum.

34 Hic exitus Cremonae anno ducentesimo octogesimo sexto a primordio sui. condita erat Ti. Sempronio P. Cornelio consulibus ingruente in Italiam Annibale, propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes, et si qua alia vis per Alpes rueret. igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri, adnexu co-

raptu in externos mores proruperant. Ueber *ut* s. zu I, 4, 10. Berger lat. Stil. § 58, 1.

linguis moribus] Ueber d. Asyndeton s. zu II, 70, 15. Draeger Synt. § 134, 2, a.

17. *externi*] Suebi et Sarmatae Iazuges (c. 5).

18. *suffecit*] 'bot Stoff'.

19. *in ignes*] i. e. ut omnia sacra profanaque deflagrata ipsa pars ignium flammarumque essent. Vgl. Verg. Aen. II, 624 *tum vero omne mihi visum considere in ignis Ilium;* IX, 144 *at non viderunt moenia Troiae Neptuni fabricata manu considere in ignis.* Cicero würde etwa gesagt haben: *cum . . . uno incendio conciderent (*Cat. IV § 11). Die handschriftliche Lesart *in igne* wäre zu erklären: dum ignis circum grassatur.

64 At primores civitatis Flavium Sabinum praefectum urbis secretis sermonibus incitabant, victoriae famaeque partem capesseret: esse illi proprium militem cohortium urbanarum, nec defuturas vigilum cohortes, servitia ipsorum, fortunam partium, et omnia prona victoribus: ne Antonio Varoque de gloria concederet. paucas Vitellio cohortes et maestis undique nuntiis trepidas; populi mobilem animum, et si ducem se praebuisset, easdem illas adulationes pro Vespasiano fore; ipsum Vitellium ne prosperis quidem parem, adeo ruentibus debilitatum. gratiam patrati belli penes eum, qui urbem occupasset: id Sabino convenire, ut imperium fratri reservaret, id Vespasiano, ut ceteri post Sabinum haberentur.

65 Haudquaquam erecto animo eas voces accipiebat, invalidus senecta; sed erant, qui occultis suspicionibus incesserent, tamquam invidia et aemulatione fortunam fratris moraretur. namque Flavius Sabinus aetate prior privatis utriusque rebus auctoritate pecuniaque

junctiv. Wie hätten die älteren Klassiker statt dessen geschrieben? S. zu I, 26, 4. Madv. § 381. Schultz § 329 A. 5.

64. 3. *proprium*] bedeutet im Gegensatz zu *commune* das, was im ausschliesslichen und dauernden Besitze jemandes ist, hier etwa 'persönlich untergeben'.

cohortium urbanarum] quattuor numero; vgl. II, 93, 9.

nec defuturas ... et omnia prona] coordiniert.

5. *de gloria concederet*] In dieser Verbindung fehlt bei den älteren Klassikern wie Terenz und Cicero nie der Quantitätsaccusativ; erst Liv. (III, 60, 4 *concessum propemodum de victoria credebant;* IV, 6, 6 *aut hostibus aut civibus de victoria concedendum esse*) gebraucht *concedere* mit *de* im neutralen Sinne von 'nachgeben, den Vorrang einräumen'. Ter. Ad. II, 2, 9 (v. 217 ed. Fl.) *si nunc de tuo iure concessisses paululum;* Cic. p. Rosc. Am. § 118 (num videtur) *hic discipulus magistro tantulum de arte concedere?* Vgl. Cic. ad Att. XIV, 18 *neque ei quidquam in desperatione concedo.*

8. *prosperis*] wie c. 77 *secundis;* IV, 2. 34. V, 15 *prosperis;* IV, 36 *secundis adversisque;* A. IV, 13 *paternis adversis,* ist Abl. von *prospera.* Noch kühner ist A. II, 78 *Piso promptus ferocibus in sententiam trahitur.* Vgl. Fabri zu Liv. XXI, 11, 12. Berger lat. Stil. § 13, 4, a.

9. *adeo*] s. zu c. 39, 9 und I, 9, 3.

ruentibus] Der Abl. von *ruentia* ist beim Part. auffällig, wenn nicht vielmehr *rebus* dahinter ausgefallen ist; doch vgl. IV, 39 *ne paratis quidem corrumpi facilis.*

debilitatum] 'gelähmt'; vgl. Cic. Cat. III § 3 *eos, qui restitissent, infirmos sine illo et debiles fore putabam.*

gratiam] s. zu c. 61, 4.

patrati belli] wie A. II, 26. III, 47. Quint. VIII, 3, 44 tadelt diesen Ausdruck als alterthümlich. Vgl. H. IV, 81 *patrati remedii gloriam penes Caesarem ... fore;* A. II, 66 *maluit patrati quam incepti facinoris reus esse;* XIV, 7 *nuntios patrati facinoris.*

65. 1. *erecto animo*] 'in gehobener Stimmung'.

invalidus] s. zu I, 9, 2.

2. *suspicionibus incesserent*] wie II, 23 (Gallum et Paulinum et Celsum) *variis criminationibus incessebant;* III, 77 *fuere, qui ... Triariam incesserent, tamquam ... superbe saeveque egisset.*

tamquam] s. zu I, 8, 9.

3. *fortunam*] s. zu c. 43, 2.

4. *aetate prior*] statt des gewöhnlichen *natu maior* mit Rücksicht auf *anteibat* gewählt.

privatis utriusque rebus] i. e. dum uterque privatus erat.

Vespasianum anteibat et credebatur adfectam eius fidem parce iuvisse domo agrisque pignori acceptis; unde, quamquam manente in speciem concordia, offensarum operta metuebantur. melior interpretatio mitem virum abhorrere a sanguine et caedibus eoque crebris cum Vitellio sermonibus de pace ponendisque per condicionem armis agitare. saepe domi congressi, postremo in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere. verba vocesque duos testes habebant, Cluvium Rufum et Silium Italicum: voltus procul visentibus notabantur, Vitellii proiectus et degener, Sabinus non insultans et miseranti propior.

66 Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius, quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset. ceterum

5. *adfectam fidem*] wie II, 69 *adfectae iam imperii opes;* Liv. V, 10 *adfecta res familiaris;* VI, 3 *opem rebus adfectis orare;* s. zu I, 88, 15.

parce] 'nur spärlich, knauserig', opp. large et munifice. Quo tempore Vespasiani fides affecta et prope labefacta erat, Sabinus frater fratrem, nisi domum agrosque eius pignoris loco accepisset, iuvare noluit. In quo parce egit, cum, ut sibi caveret, fratris res affectas ita sublevaret, ut fidem eius pignore capto, si non affligeret, at certe premeret et coerceret. Cf. Plin. epp. I, 3, 9 *exponit Regulus mandata, addit preces suas, ut decebat optimum virum pro dissimillimo, parce.* De re consentit Suet. Vesp. 4 *rediit certe* (ex Africa) *nihilo opulentior, ut qui prope labefacta iam fide omnia praedia fratri obligarit necessarioque ad mangonicos quaestus sustinendae dignitatis causa descenderit.*

6. *quamquam*] s. zu c. 2, 18.

7. *offensarum operta*] s. zu II, 92, 9. Ueber das substantivierte Neutrum im Plural mit dem Gen. part. vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 24, 1. Berger lat. Stil. § 13, 4, b.

melior interpretatio] ergänze *erat,* nicht *est.* Warum?

9. *per condicionem*] 'auf dem Wege der Verhandlung, auf gütlichem Wege'. Vgl. Cic. ad fam. VI, 2, 2 *armis aut condicione positis aut defetigatione abiectis aut victoria defractis;* Sall. Iug. 112 *posse condicionibus bellum poni.*

10. *in aede Apollinis*] in Palatio. S. Becker Hdb. d. R. A. I S. 425 ff.

11. *verba,* der Wortlaut des Abkommens; *voces* die mündlichen Aeusserungen bei der Unterredung.

12. *Cluvium Rufum*] s. zu I, 8, 2. II, 58, 8. 65, 1.

Silium Italicum] als Freund des Vitellius. Unter Nero Consul 68 n. Chr., dann Statthalter der Provinz Asien, zog er sich später aufs Land zurück, um ungestört den Musen zu leben. Im 75. Lebensjahre starb er als Stoiker eines freiwilligen Hungertodes 100 n. Chr. Er hat ein historisches Epos unter dem Titel Punica hinterlassen. Vgl. über ihn Plin. epp. III, 7, besonders § 3 *laeserat famam suam sub Nerone (credebatur sponte accusasse), sed in Vitellii amicitia sapienter se et comiter gesserat; ex proconsulatu Asiae gloriam reportaverat, maculam veteris industriae laudabili otio abluerat.*

procul visentibus] 'von dem Beobachter aus der Ferne'. Ueber den Dat. s. zu I, 14, 8.

13. *proiectus*] 'demüthig'; vgl. A. III, 65 *scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam proiectae servientium patientiae taedebat.*

degener] scil. a tanta nobilitate dignitate fortuna. Uebers. 'unmännlich'; s. zu c. 85, 4.

insultans] s. zu IV, 2, 13.

14. *propior*] entspricht unserm 'eher'.

66. 2. *cesserat*] vgl. c. 68 *cedere se pacis et rei publicae causa.*

incruentam] i. e. sine sanguine et caede.

ut quisque Vitellio fidus, ita pacem et condiciones abnuebant, discrimen ac dedecus ostentantes et fidem in libidine victoris. nec tantam Vespasiano superbiam, ut privatum Vitellium pateretur; ne victos quidem laturos: ita periculum ex misericordia. ipsum sane senem et prosperis adversisque satiatum; sed quod nomen, quem statum filio eius Germanico fore? nunc pecuniam et familiam et beatos Campaniae sinus promitti: sed ubi imperium Vespasianus invaserit, non ipsi, non amicis eius, non denique exercitibus securitatem nisi exstincto aemulo redituram. Fabium illis Valentem, captivum et casibus dubiis reservatum, praegravem fuisse, nedum Primus ac Fuscus et specimen partium Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant. non a Caesare Pompeium, non ab Augusto Antonium incolumes relictos, nisi forte Vespasianus altiores spiritus gerat, Vitelli cliens, cum Vitellius collega Claudio

ceterum] für *sed,* wie A. XIV, 20. XVI, 35 u. ö.

4. *fides* 'das Worthalten'.

libido 'das Belieben', dann 'die Laune'; vgl. *ad libidinem* Cic. p. Rosc. Am. § 141 u. ö., wofür Neulateiner *ad libitum* sagen.

5. *tantam superbiam*] 'so stolzes Selbstgefühl'. Vgl. unten Z. 14 ff., wo dieser Gedanke mit dem Ausdrucke des Hohnes näher ausgeführt wird.

privatum] Non adeo superbum et potentia fortunaque temerarie fretum esse Vespasianum, ut contempturus esset aemulum imperii talem, qualis Vitellius, si superstes esset, vel privatus homo foret. Doederl.

ne victos quidem laturos] scil. privatum. Die besiegte Partei würde ihren alten Kriegsherrn durch ein Pronunciamento wieder auf den Thron zu erheben trachten und somit einen neuen Bürgerkrieg anfachen. Ueber *ne — quidem* s. zu II, 15, 6.

6. *misericordia*] scil. fore Vespasiano. Deshalb sei auf Schonung von Seiten desselben durchaus nicht zu rechnen.

8. *Germanico*] vgl. II, 59 *mox universum exercitum occurrere infanti filio iubet perlatumque et paludamento opertum sinu retinens Germanicum appellavit.* Ueber sein Lebensende s. IV, 80.

9. *beatos*] fertilitate atque amoenitate. Uebers. 'gesegnet'.

12. *casibus dubiis reservatum*] ut, si forte res contra cecidisset, haberent, per quem a Vitellio victore veniam impetrarent.

praegravem] 'überlästig, höchst unbequem'. Von Personen ebenso I, 21, 4. A. IV, 71. XI, 19. XIV, 3. Um wie viel weniger würden sie sich genieren, des gefährlichen Prätendenten sich zu entledigen!

13. *specimen partium*] quo tamquam principe et auctore partium ingenium ipsius factionis cognosci posset. Ironice dictum. Germanice 'Musterbild, Hauptvertreter'. — Ueber die Stellung der Apposition s. zu c. 31, 11.

15. *non incolumes relictos*] Hyperbole oratoria est, nisi forte assectatores Vitellii accuratiore quam nostrates historici scientia veterum rerum imbuti fuerunt.

nisi forte . . . gerat] Warum der Conj. nach *nisi forte?*

16. *altiores spiritus*] i. e. majorem superbiam et confidentiam.

Vitelli] 'eines Vitellius'. Gemeint ist L. Vitellius, des Imperators Vater, ein Freund des Caesar Claudius, mit dem zusammen er 43 n. Chr. das Consulat zum zweiten, und 47 n. Chr. zum dritten Male bekleidete. Suet. Vit. 2. A. XI, 3. Die Censur des Claudius und Vitellius fiel in die Jahre 47—51 n. Chr., welche fünfjährige Dauer die Censur, wie vor 434 n. Chr., so wieder gegen Ende der Republik wahrscheinlich seit Sulla hatte. Nipperdey zu A. XI, 13. Vgl. H. I, 52 *Vitellio tres patris consulatus,*

foret. quin, ut censuram patris, ut tres consulatus, ut tot egregiae domus honores deceret, desperatione saltem in audaciam accingeretur. perstare militem, superesse studia populi; denique nihil atrocius eventurum, quam in quod sponte ruant. moriendum victis, moriendum deditis: id solum referre, novissimum spiritum per ludibrium et contumelias effundant an per virtutem.

67 Surdae ad fortia consilia Vitellio aures; obruebatur animus miseratione curaque, ne pertinacibus armis minus placabilem victorem relinqueret coniugi ac liberis. erat illi et fessa aetate parens, quae tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus praevenit, nihil principatu fili adsecuta nisi luctum et bonam famam. XV kalendas Ianuarias audita defectione legionis cohortiumque, quae se Narniae dediderant, pullo amictu Palatio de-

censuram, collegium Caesaris et imponere iam pridem imperatoris dignationem et auferre privati securitatem. A. Vitellius war ebenfalls schon unter Claudius Consul gewesen, aber nicht mit ihm zusammen, sondern mit L. Vipstanus Publicola 48 n. Chr. (A. XI, 23).

cliens] Ignotum est, quod beneficium Vespasianus tum Vitellio debuerit: simile haud dubie illi, quod Claudio principe Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est; v. Suet. Vesp. 4. Doederl.

17. *quin ... accingeretur*] In or. recta *quin accingeris?* S. Madv. § 351, b. A. 3. Schultz § 352 A. 5.

20. *ruant*] sc. ille cum ipsis in eadem fortuna futuris.

21. *id solum referre*] vgl. Cic. p. Cael. § 57 *refert magno opere id ipsum.*

67. 1. *surdae ad*] ähnlich wie *mentis ad omnia caecitas* (Cic. Tusc. III, 5, 11); *timidus ad mortem* (de fin. II, 20, 63). Vgl. Berger lat. Stil. § 96, e, 3.

fortia consilia] wie Liv. IX, 11; vgl. Cic. Cat. III, 6, 17 *acerrimae ac fortissimae sententiae;* de orat. I, 54, 231 *illam orationem sibi fortem et virilem non videri.* S. Berger lat. Stil. § 105, 1. A. 1.

obrui miseratione 'von Rührung übermannt werden'.

3. *fessa aetate*] 'altersschwach'; s. zu I, 12, 8.

parens] Sextilia Augusta; vgl. II, 64, S. 89, 12. Gehässigen Salon- und Hofklatsch von des Sohnes angeblicher Schuld an ihrem Tode s. bei Suet. Vit. 14.

4. *paucis ante diebus*] gehört zum Ablativ *opportuna* ('rechtzeitig') *morte* i. e. tempore opportuno mortua. Vgl. V, 24 *opportuno merito.*

5. *luctum et bonam famam*] s. II, 64 *pari* (ac Galeria uxor) *probitate mater Vitelliorum Sextilia, antiqui moris ... nec ullis postea fortunae inlecebris aut ambitu civitatis in gaudium evicta domus suae tantum adversa sensit;* Suet. Vit. 3 *Sextilia, probatissima nec ignobilis femina.*

6. *legionis*] e classicis (c. 55, 3).

7. *Narniae*] s. c. 63.

pullo amictu] i. e. veste sordida vel lugubri.

Palatio degreditur] Der kürzere Bericht des Sueton Vit. 15 weicht vielfach im einzelnen und namentlich in der Zeitfolge der Vorgänge bei der Abdankungsscene von der künstlerisch vortrefflich abgerundeten Darstellung des Tac. ab. Derselbe lautet also: *Salutem sibi et milies sestertium a Flavio Sabino, Vespasiani fratre, pepigit statimque pro gradibus Palatii apud frequentes milites cedere se imperio, quod invitus recepisset, professus, cunctis reclamantibus rem distulit. ac nocte interposita primo diluculo sordidatus descendit ad rostra multisque cum lacrimis eadem illa, verum e libello, testatus est. rursus interpellante milite ac populo et, ne deficeret, hortante omnemque operam suam certatim pollicente animum resumpsit.* Und nun folgt

greditur maesta circum familia; ferebatur lecticula parvulus filius velut in funebrem pompam: voces populi blandae et intempestivae, miles minaci silentio.

68 Nec quisquam adeo rerum humanarum inmemor, quem non commoveret illa facies, Romanum principem et generis humani paulo ante dominum relicta fortunae suae sede per populum, per urbem exire de imperio. nihil tale viderant, nihil audierant. repentina vis dictatorem Caesarem oppresserat, occultae Gaium insidiae, nox et ignotum rus fugam Neronis absconderant, Piso et Galba tamquam in acie cecidere: in sua contione Vitellius, inter suos milites, prospectantibus etiam feminis, pauca et praesenti maestitiae congruentia locutus, cedere se pacis et rei publicae causa, retinerent tantum memoriam sui· fratremque et coniugem et innoxiam liberorum aetatem miserarentur, simul filium protendens, modo singulis modo universis commendans, postremo fletu praepediente adsistenti consuli (Caecilius Simplex erat) exsolutum a latere pugionem velut ius necis vitaeque civium reddebat. aspernante consule, reclamantibus, qui in contione adstiterant, ut in

sofort die Einschliessung des Sabinus auf dem Capitol und die Einäscherung des Tempels.

9. *intempestivae*] sc. populi potius suo favori obtemperantis quam principis tempori servientis.

68. 1. *quem non commoveret*] Warum nicht, wie im Deutschen, der Conj. Plpf.? Schultz § 375 A. 2.

2. *facies*] s. zu II, 89, 11.

principem . . . exire] Ein ähnliches Satzgefüge, nur in der Frageform, s. A. I, 41 *quod tam triste agmen* (fehlt im Med.)*? feminas inlustres (non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriae uxoris aut prolis* (fehlt im Med.) *comitatus soliti) pergere ad Treveros* etc. Vgl. auch H. III, 72 *id facinus . . . luctuosissimum foedissimumque rei publicae populi Romani accidit, . . . sedem Iovis Optimi Maximi . . . furore principum excindi.*

3. *fortunae*] s. zu I, 10, 14.

sede] i. e. Palatio, wie IV, 2 *sedem Caesaris.*

5. *insidiae*] 'Anschlag, Attentat'. Zur Sache vgl. Suet. Cal. 56 ff.

6. *rus*] i. e. villa suburbana inter Salariam et Nomentanam viam circa quartum miliarium. Cf. Suet. Ner. 48 sq.

Piso et Galba] s. I, 41. 43.

7. *in sua contione*] i. e. pro rostris in contione, quam ipse in forum advocaverat. Cf. c. 70 *cur enim e rostris fratris domum inminentem foro et inritandis hominum oculis . . . petisset?*

8. *prospectantibus*] pro gradibus templorum et basilicarum foro imminentium.

9. *cedere*] scil. imperio, ut scriptum est apud Suet. Vit. 15. H. II, 77, 6.

11. *protendens*] i. e. manibus porrectis ostendens.

13. *adsistenti*] genauer wäre *qui adstiterat* oder *adstanti.*

Cn. Caecilius Simplex war consul suffectus für die Monate November und December; vgl. II, 60, 14 mit der Anm. zu I, 77, 8.

exsolutum a latere pugionem] Zum Verständnis der gewöhnlichen Art den Dolch zu tragen vgl. Suet. Galb. 11 *dependente a cervicibus pugione ante pectus.*

14. *reddebat*] 'stellte zu', d. h. 'gab ab'; vgl. *litteras reddere, gratiam referre, res repetere.* Reddere est ultro, quod debeas, dare; cf. Sen. epp. 81 *sic certe solemus loqui: ille gratiam rettulit; referre est ultro, quod debeas, afferre.*

16. Der Concordiatempel am clivus Capitolinus war das gewöhnliche Sitzungslokal des Senats.

aede Concordiae positurus insignia imperii domumque fratris petiturus discessit. maior hinc clamor obsistentium penatibus privatis, in Palatium vocantium. interclusum aliud iter, idque solum, quo in sacram viam pergeret, patebat: tum consilii inops in Palatium rediit.

Praevenerat rumor eiurari ab eo imperium, scripseratque Fla- 69
vius Sabinus cohortium tribunis, ut militem cohiberent. igitur tamquam omnis res publica in Vespasiani sinum cessisset, primores senatus et plerique equestris ordinis omnisque miles urbanus et vigiles domum Flavii Sabini complevere. illuc de studiis vulgi et minis Germanicarum cohortium adfertur. longius iam progressus erat, quam ut regredi posset; et suo quisque metu, ne disiectos eoque minus validos Vitelliani consectarentur, cunctantem in arma inpellebant: sed quod in eius modi rebus accidit, consilium ab om-

domumque fratris] foro imminentem (c. 70).

17. *hinc*] eine häufige Ellipse, wie in dem bekannten *hinc illae lacrimae*. Vgl. IV, 31 *diversi hinc animorum motus;* c. 34, 16. 35, 19. Cic. de off. I, 25 *hinc apud Athenienses magnae discordiae, in nostra republica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella civilia*. Berger lat. Stil. § 89, 4. A. 3.

penates privati 'der bürgerliche Familienherd'; vgl. c. 70 *penates uxoris;* c. 86 *Domitianum ... miles ... in paternos penates deduxit.* Der Herd im Atrium war zugleich der Altar der Penaten, daher auch die häufige Formel *pro aris et focis*. In Folge des häufigen metonymischen Gebrauchs für 'Haus und Herd' dachte man an die persönliche Bedeutung gar nicht mehr und construierte *penates* wie ein Localwort (c. 86 a. a. O. G. 15).

18. *aliud iter*] nach Livianischem Gebrauch für *cetera itinera*.

19. *sacram viam*] Der Aufgang zum Palatium war von der sacra via aus am Titusbogen. Becker Hdb. d. R. A. I S. 428 u. Anm. 72.

in Palatium rediit] Der zum Theile abweichende Schluss des Berichts von Sueton lautet: *non multo post paenitens facti* (i. e. Capitolii incensi) *et in alios culpam conferens vocata contione iuravit coegitque iurare et ceteros nihil sibi antiquius quiete publica fore. tunc solutum a latere pugionem consuli primum, deinde illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente quasi in aede Concordiae positurus abscessit. sed quibusdam acclamantibus ipsum esse Concordiam rediit nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam Concordiae recipere cognomen.*

69. 1. *eiurari imperium*] wie A. XII, 4 *eiurare magistratum;* s. zu c. 37, 11.

2. *cohortium*] praetoriarum et urbanarum vigilumque.

3. *in V. sinum cessisset*] 'anheim gefallen wäre'; vgl. A. I, 1 *Pompei Crassique potentia cito in Caesarem, Lepidi atque Antonii arma in Augustum cessere;* II, 23 *omne caelum et mare omne in austrum cessit;* VI, 43 *omnes in unum cedebant;* H. III, 83 *spolia in vulgus cedebant;* IV, 64 *bona interfectorum in medium cedant;* Agr. 5 *summa rerum et recuperatae provinciae gloria in ducem cessit.*

4. *miles urbanus*] wie I, 89, 11 s. v. a. cohortes urbanae. Anders I, 4, 7. 5, 1. II, 94, 3.

6. *Germanicarum cohortium*] i. e. trium praetoriarum cohortium, quae etiam tum Romae praesidio erant (c. 78, 13). Vitellius enim Germanicos legionarios alaresque praetorianae aut urbanae militiae adscripserat. Cf. II, 93 sq.

8. *consectari* 'Jagd auf jemand machen, über jemand herfallen', wie IV, 1, 2.

9. *inpellebant*] Ueber den Plur.

nibus datum est, periculum pauci sumpsere. circa lacum Fundani descendentibus, qui Sabinum comitabantur, armatis occurrunt promptissimi Vitellianorum. modicum ibi proelium inproviso tumultu, sed prosperum Vitellianis fuit. Sabinus re trepida, quod tutissimum e praesentibus, arcem Capitolii insedit mixto milite et quibusdam senatorum equitumque, quorum nomina tradere haud promptum est, quoniam victore Vespasiano multi id meritum erga partes simulavere. subierunt obsidium etiam feminae, inter quas maxime insignis Verulana Gratilla, neque liberos neque propinquos sed bellum secuta. Vitellianus miles socordi custodia clausos circumdedit, eoque concubia nocte suos liberos Sabinus et Domitianum fratris filium in Capitolium accivit, misso per neglecta ad Fla-

nach *quisque* s. Joh. Müller Beitr. H. 2 S. 49 f.

10. *sumpsere*] 'wählten sich'; vgl. zum Gedanken II, 76 *simul ipse, qui suadet, considerandus est, adiciatne consilio periculum suum.*

lacum Fundani] In einer römischen Inschrift aus Sullas Zeit bei Orelli inscr. lat. Nr. 567 wird ein *vicus lacus Fundani* erwähnt.

12. *inproviso tumultu*] Der Abl. des obwaltenden Umstandes geht hier in die causale Bedeutung über.

13. *re trepida*] 'in der Verlegenheit', eigtl. 'bei der ängstlichen Lage'.

quod weist aufs Folgende hin. Madv. § 315, b. Schultz § 246, 3.

14. *tutissimum*] scil. erat. S. zu IV, 12, 11.

e praesentibus] i. e. ex iis, quae in praesens provideri poterant, 'den Umständen nach'; cf. IV, 56, 11. 59, 16. A. II, 80.

arcem Capitolii] oder *Capitolinam arcem* s. v. a. *Capitolium.* Im Alterthum wurden die beiden Gipfel des mons Capitolinus als *Capitolium* und *arx* unterschieden. Gell. V, 12 *est autem etiam aedes Veiovis Romae inter arcem et Capitolium;* Str. V, 3 p. 230 *ἀποδείξας* (*Ῥώμυλος*) *ἄσυλόν τι τέμενος μεταξὺ τῆς ἄκρας καὶ τοῦ Καπιτωλίου.* Die Vertiefung zwischen beiden Höhen wurde als das alte *Asylum* bezeichnet und führte den Namen *inter duos lucos* (Dionys. II, 15 *μεθόριον δυοῖν δρυμῶν*). Im Gegensatze zur italienischen Topographie weist die deutsche Forschung seit Hirt dem capitolinischen Tempel die südwestliche Höhe (Palazzo Caffarelli), der Burg die nordöstliche (Araceli) zu. Becker a. a. O. S. 387 ff. Zur Bezeichnung der Höhe, auf welcher der Tempel stand, im Gegensatze zur *arx* (A. XI, 23 *arx Romana*) wechselt Tac. zwischen diesen drei Namen ab (H. III, 71. 78).

mixto milite] scil. cum servitio suo amicorumque; cf. I, 32 *plebs Palatium inplebat mixtis servitiis;* II, 14 *ut pars classicorum mixtis paganis in colles mari propinquos exsurgeret.* Alii sic interpretantur: milite cum quibusdam senatorum equitumque mixto.

17. *obsidium*] in passivem Sinne.

18. *insignis*] 'sich bemerklich machte, hervorthat'. S. zu IV, 12, 11.

Gratilla (Plin. epp. III, 11, 3. V, 1, 8) wurde unter Domitian aus Rom verbannt, wahrscheinlich als Freundin des Arulenus Rusticus (s. zu c. 80, 8).

19. *socordi*] i. e. cui nihil cordi est. Quippe miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat.

20. *concubia nocte*] wie A. I, 39. Vgl. Varr. de l. l. VII, 4, 78 *concubium a concubitu dormiendi causa dictum;* VI, 2, 7 *intempestam Aelius dicebat* (noctem); *quom tempus agendi est nullum, quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent.* Nach Censorinus de die nat. 24 ist es etwa die dritte Stunde nach Einbruch der Dämmerung oder die mittlere Zeit zwischen Dämmerung und Mitternacht.

21. *per neglecta*] 'an unbeachte-

vianos duces nuntio, qui circumsideri ipsos et, ni subveniretur, artas res nuntiaret. noctem adeo quietam egit, ut digredi sine noxa potuerit: quippe miles Vitellii adversus pericula ferox, laboribus et vigiliis parum intentus erat, et hibernus imber repente fusus oculos auresque impediebat.

Luce prima Sabinus, antequam in vicem hostilia coeptarent, 70
Cornelium Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit cum mandatis et questu, quod pacta turbarentur; simulationem prorsus et imaginem deponendi imperii fuisse ad decipiendos tot inlustres viros. cur enim e rostris fratris domum inminentem foro et inritandis hominum oculis quam Aventinum et penates uxoris petisset? ita privato et omnem principatus speciem vitanti convenisse. contra Vitellium in Palatium, in ipsam imperii arcem regressum, inde armatum agmen emissum, stratam innocentium caedibus celeberrimam urbis partem, ne Capitolio quidem abstineri. togatum nempe se et unum e senatoribus, dum inter Vespasianum ac Vitellium proeliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium

ter Stelle'; s. Nägelsbach lat. Stil. § 24, 1. Berger lat. Stil. § 13, 4.

22. *ipsos*] i. e. se suosque.

23. *artae res* 'bedrängte Lage, Bedrängnis'.

24. *ferox*] der eigentliche Ausdruck für den natürlichen, rohen Muth.

25. *intentus*] 'aufgelegt', wie IV, 2 *nondum ad curas intentus*.

70. 2. *Cornelius Martialis* ist verschieden von dem unter Nero abgesetzten Militärtribun gleiches Namens (A. XV, 71), wenn derselbe nicht nach Neros Tode von Galba den Rang eines Primipilaren erhalten hatte.

e primipilaribus] Diejenigen, welche Führer der ersten Centurie einer Legion oder einer Prätorianercohorte gewesen waren (*primipilaris* von *primipilus* in derselben Bedeutung, wie *consularis* von *consul*), erhielten Rittercensus und bekleideten, wenn sie weiter dienten, Tribunen- oder Praefectenstellen. I, 31. 87. II, 22. IV, 15. A. II, 11. IV, 72. XIII, 36. Nipperdey zu A. II, 11.

3. *turbari* 'nicht eingehalten werden'.

prorsus 'eitel'.

4. *imaginem*] 'ein Trugbild, Scheinwesen' mit dem Gen. Ger. *deponendi imperii* 'einer Abdankung' nach Analogie von *species*.

5. *cur enim*] 'warum denn sonst'. Der Conj. steht, weil in directer Rede die 2. P. stehen würde. Madv. § 405. Vgl. A. XIII, 49 *cur enim . . . tam levia consectaretur?* mit I, 43 *cur enim primo contionis die ferrum illud . . . detraxistis?*

inritandis hominum oculis] Der mit dem Part. *inminentem* coordinierte finale Dativ des Gerund. ist wohl durch das Verbum *petisset* mit veranlasst; vgl. zu c. 32 *is balineas abluendo cruori propere petit.* S. noch zu c. 20, 13.

6. *quam*] s. zu c. 60, 6.

8. *arx* 'die Hochveste'.

10. *togatum*] opp. sagatum vel paludatum. Cic. Cat. III § 23 *togati me uno togato duce et imperatore vicistis;* ebend. II § 28.

11. *unum e senatoribus*] 'nur ein einzelner Senator', d. i. 'ein Senator wie andere'.

dum . . . iudicatur] s. zu c. 88, 20.

12. *captivitatibus urbium*] wie A. XVI, 16 *in cladibus exercituum aut captivitate urbium.* Ohne den Zusatz *urbis* A. XIII, 25 *in modum captivitatis;* H. III, 83 *in acerbissima captivitate.* Es ist wohl eine Nachahmung des griechischen ἅλωσις. Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 66.

deditio 'Capitulation'.

acrior per asylum ingruebat. nec sisti poterant scandentes per coniuncta aedificia, quae ut in multa pace in altum edita solum Capitolii aequabant. hic ambigitur, ignem tectis obpugnatores iniecerint an obsessi, quae crebrior fama, *dum* nitentes ac progressos depellunt. inde lapsus ignis in porticus adpositas aedibus; mox sustinentes fastigium aquilae vetere ligno traxerunt flammam aluerunt que. sic Capitolium clausis foribus indefensum et indireptum conflagravit.

72 Id facinus post conditam urbem luctuosissimum foedissimumque rei publicae populi Romani accidit, nullo externo hoste, propitiis, si per mores nostros liceret, deis sedem Iovis Optimi Maximi

aditur] 'zugänglich ist', wie IV, 23, 2.

utraque vis] 'der Sturm auf beiden Punkten'.

propior] Vom Asyle her war die Gefahr dringender. Die Vitellianer stürmten von der Piazza del Campidoglio aus am Palazzo de' Conservatori hinauf. Da, wo jetzt die Treppe zu Monte Caprino führt, und auf dieser ganzen nordöstlichen Seite des Capitols standen, angelehnt an den Berg, Häuser, die bis zur Bodenfläche des Tempels reichten (*in altum edita solum Capitolii aequabant*). Diese wurden in Brand gesteckt; das Feuer ergriff dann die angrenzenden Hallen und endlich den capitolinischen Tempel. S. Becker a. a. O.

13. *nec sisti poterant*] wie V, 21 *nec sisti poterant;* A. XIV, 14 *nec iam sisti poterat;* mit *quin* XV, 39.

14. *aedificia*] per collem erecta atque edita.

ut] s. Berger lat. Stil. § 58, 1.

in multa pace] wie I, 77, 2. IV, 35, 6. nach Analogie von *multo die, multa nocte;* dafür bei Cic. *summa pace.* Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 70, 2. — Ueber *in altum* s. zu V, 11, 13.

16. *dum n. ac p. depellunt*] Zum Satzbau vgl. II, 21 *in eo certamine pulcherrimum amphitheatri opus situm extra muros conflagravit, sive ab oppugnatoribus incensum, dum faces et glandes et missilem ignem in obsessos iaculantur, sive ab obsessis, dum retro transgerunt* (im Med. *dum reportans gerunt*) sc. de muris trans amphitheatrum in aciem oppugnantium. Wegen der Bedeutung von *dum* s. zu c. 40, 10. Ueber den Ind. Pr. bei *dum* trotz der indirecten Rede s. zu c. 38, 20 und I, 33, 6. Nachdem einmal *fama dum* in *famam* verschrieben war, lag natürlich die Aenderung *depulerint* auf der Hand. Prammer freilich hält jede Einschiebung, auch die von *ita*, vor *nitentes* für überflüssig, da — wie er meint — die fehlende Beziehung (igne tectis iniecto) leicht aus dem Zusammenhange ergänzt werde, indem vorher und nachher fortwährend von Feuer die Rede sei.

nitentes] 'die klimmenden' statt des Comp. *enitentes*, wie Liv. XXV, 13 *deturbant nitentes per ardua hostes.*

17. *lapsus*] sc. est (s. zu IV, 12, 11), 'glitt' d. i. 'griff über'.

aedibus] Der Plural vom capitolinischen Tempel wegen der drei Cellen Juppiters, Junos und Minervas, wie IV, 53, 20. A. II, 49. Plin. n. h. XXXVI, 6 (5), 45.

18. *aquilae*] *οἱ ἀετοί*, tigna molem tecti fastigialis sustinentia. Bekker Anecd. Gr. I p. 361 *αἰετοί τὰ προνόμια τῶν ναῶν, τὰ φατνώματα τῶν ὀρόφων, διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξιν ἀετῶν.* C. O. Müller Arch. d. Kunst § 284. Bröndsted Reisen in Griechenland II S. 154. Böttiger Amalthea I S. 73.

traxerunt flammam] 'zogen die Flammen nach sich hin', d. h. 'fiengen Feuer'.

72. 1. *Id facinus* etc.] Aehnlich Sall. Cat. 18, 8 *eo die post conditam urbem pessimum facinus patratum foret.*

3. *per*] Madv. § 255, 1. Schultz § 174, 3.

auspicato a maioribus pignus imperii conditam, quam non Porsenna dedita urbe neque Galli capta temerare potuissent, furore principum excindi. arserat et ante Capitolium civili bello sed fraude privata: nunc palam obsessum, palam incensum, quibus armorum causis, quo tantae cladis pretio? stetit, *dum* pro patria bellavimus. voverat Tarquinius Priscus rex bello Sabino ieceratque fundamenta spe magis futurae magnitudinis, quam quo modicae adhuc populi Romani res sufficerent. mox Servius Tullius sociorum studio, dein Tarquinius Superbus capta Suessa Pometia hostium spoliis extruxere. sed gloria *patrati* operis libertati reservata; pulsis regibus Horatius Pulvillus iterum consul dedicavit ea magnificentia, quam inmensae postea populi Romani opes ornarent potius quam augerent. isdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto

mores] 'Aufführung, Betragen', wie I, 48, 5. II, 10, 16. IV, 7, 6. 42, 33.

4. *auspicato*] i. e. auspiciis consecratam, 'unter heiligen Weihen'; s. zu I, 84, 24.

pignus] An den Bestand des capitolinischen Tempels knüpfte die Volksmeinung die Dauer der römischen Herrschaft. Vgl. IV, 54 (Gallos rebelles) *nihil aeque quam incendium Capitolii, ut finem imperii adesse crederent, inpulerat;* Hor. od. III, 30, 8. 5, 12. Ov. met. II, 38 *pignora da genitor, per quae tua vera propago credatur.*

Porsenna dedita urbe] Eine ähnliche von der sagenhaften Ueberlieferung abweichende Ansicht bei Plin. n. h. XXXIV, 14, 39 *in foedere, quod expulsis regibus populo Romano dedit Porsenna, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi in agri cultu uterentur; etiam stilo scribere vetitum vetustissimi auctores tradiderunt.* S. Peter Gesch. Roms I S. 101.

5. *temerare* wie Verg. Aen. VI, 841 *templa temerata Minervae;* Liv. XXVI, 13, 13.

6. *excindi*] Ueber die Construction s. zu c. 68, 2.

civili bello] bello Sullano pr. Non. Quint. (Plut. Sull. 27) L. Cornelio Scipione C. Norbano coss. a. 83. a. Chr. n.

fraude privata] an aeditui? Die Veranlassung des Brandes blieb unbekannt; s. App. b. c. I, 83. *Fraus* 'Tücke, Bosheit', wie Cic. de or. I § 202 *scelus fraudemque nocentis;* A. XIII, 26. XVI, 32. Liv. XL, 20, 4 u. ö.

8. *quo . . . pretio?*] Tanta clade et incensione amplissimi et ornatissimi templi nihil lucri fecerunt nec victi nec victores.

stetit] s. Cic. p. Flacco § 69 *stantibus Hierosolymis.*

dum mit dem Pf. s. zu c. 71, 16.

9. *fundamenta* etc.] Liv. I, 38 *aream ad aedem in Capitolio Iovis, quam voverat bello Sabino, iam praesagiente animo futuram olim amplitudinem loci occupat fundamentis.*

10. *quam quo*] nach Analogie von *non quo.*

11. *res* 'die Mittel', wofür unten *opes.*

sociorum studio] de quo nihil comperti habemus; nam quod Livius I, 44 de fano Dianae populi Latini cum populo Romano in Aventino facto narrat, nihil ad rem pertinet. Doed.

13. *extruxere*] absolut 'führten den Bau auf'.

gloria patrati operis] Vgl. c. 64 *gratiam patrati belli*; IV, 81 *patrati remedii gloriam penes Caesarem fore.*

14. *Horatius Pulvillus*] 247 v. Chr. nach Dionys. V, 35, während Polyb. Liv. Plut. die Einweihung 2 Jahre früher in sein erstes Consulat verlegen.

15. *ornare* 'verschönern', wie Cic. acc. in Verr. IV § 68.

16. *vestigiis*] s. zu c. 54, 16.

situm est] in der Grundbedeutung 'wurde angelegt', wie IV, 22 (val-

quadringentorum quindecim annorum spatio L. Scipione C. Norbano consulibus flagraverat. curam victor Sulla suscepit neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati eius negatum. Lutatii Catuli nomen inter tanta Caesarum opera usque ad Vitellium mansit. ea tunc aedes cremabatur.

73 Sed plus pavoris obsessis quam obsessoribus intulit. quippe Vitellianus miles neque astu neque constantia inter dubia indigebat: ex diverso trepidi milites, dux segnis et velut captus animi non lingua, non auribus competere, neque alienis consiliis regi neque sua expedire, huc illuc clamoribus hostium circumagi; quae iusserat, vetare, quae vetuerat, iubere. mox, quod in perditis rebus accidit, omnes praecipere, nemo exsequi; postremo abiectis armis fugam et fallendi artes circumspectabant. inrumpunt Vitelliani et cuncta sanguine ferro flammisque miscent. pauci militarium virorum, inter quos maxime insignes Cornelius Martialis, Aemilius Pacensis,

lum) *duabus legionibus situm.* S. zu I, 38, 12.

17. *quadringentorum quindecim*] Im Original hat wahrscheinlich die richtige Zahl CCCCXXV in Ziffern gestanden.

18. *curam*] operis. Plin. n. h. XXXVI, 25, 61 *sic est inchoatum Athenis templum Iovis Olympii, ex quo Sulla Capitolinis aedibus advexerat columnas.* Plut. Poplic. 15 τὸν δὲ δεύτερον ἀνέστησε μὲν Σύλλας, ἐπεγράφη δὲ τῇ καθιερώσει Κάτουλος Σύλλα προαποθανόντος.

19. *felicitati eius negatum*] nach Sullas eigenem Ausspruche; Plin. n. h. VII, 43 *hoc tamen nempe felicitati suae defuisse confessus est, quod Capitolium non dedicavisset.* *Lutatius Catulus,* Sohn des Cimbernbesiegers, der Chef der Optimatenpartei, erhielt von dieser Einweihung (69 v. Chr.) den Beinamen *Capitolinus.*

20. *Caesarum opera*] Augustus sagt von sich selbst im Monum. Ancyr. *Capitolium et Pompeium theatrum, utrumque opus impensa grandi refeci sine ulla inscriptione nominis mei.*

73. 3. *ex diverso*] s. zu c. 5, 7. *captus animi*] wie Liv. VI, 36 *capti et stupentes animi,* nach Analogie von *promptus animi* (II, 23), *inmodicus animi* (I, 53), *turbidus animi* (IV, 48), *diversus animi* (IV, 84), *ferox animi* (A, I, 32), *ingens animi* (A. I, 69), *fidens animi* (A. IV, 59), *anxius mentis* (Pedo Alb. I, 398). Cic. hat dafür (Cat. III § 21) *mente captus* 'befangen, verblendet'. Uebers. *velut c. a.* 'als hätte er den Kopf verloren'.

4. *competere* 'zur Verfügung stehen mit' d. h. 'mächtig sein'; s. A. III, 46 *oppidani neque oculis neque auribus satis competebant;* Sall. hist. I fr. 88 (ed. Kr.) *formidine attonitus neque animo neque auribus aut lingua competere.*

5. *sua consilia expedire* 'selber Rath schaffen'; vgl. zu II, 52, 9.

8. *fallendi artes*] 'Listen um unbemerkt durchzukommen'; s. zu c. 59, 14.

9. *ferro flammisque miscent*] Reminiscenz aus Liv. I, 29 *cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet.*

pauci militarium virorum] Ueber den Gen. s. zu c. 12, 9; *militares viri*, fr. *hommes de guerre*, 'Kriegsmänner', wie Agr. 41 *tot militares viri;* H. II, 75. A. XV, 10. 26. Liv. XXX, 15. XXXV, 26.

10. *insignes*] s. zu c. 69, 18. *Martialis*] s. zu c. 70, 2. *Pacensis* war seiner Stelle als Militärtribun einer Stadtcohorte von Galba entsetzt (I, 20), von Otho wieder angestellt und mit einem Commando bei der Expedition nach der Provinz Gallia Narbonensis betraut worden (I, 87. II, 12.)

Casperius Niger, Didius Scaeva, pugnam ausi obtruncantur. Flavium Sabinum inermem neque fugam coeptantem circumsistunt et Quintium Atticum consulem umbra honoris et suamet vanitate monstratum, quod edicta in populum pro Vespasiano magnifica, probrosa adversus Vitellium iecerat. ceteri per varios casus elapsi, quidam servili habitu, alii fide clientium protecti et inter sarcinas abditi. fuere, qui excepto Vitellianorum signo, quo inter se noscebantur, ultro rogitantes respondentesve audaciam pro latebra haberent.

74 Domitianus prima inruptione apud aedituum occultatus, sollertia liberti lineo amictu turbae sacricolarum inmixtus ignoratusque apud Cornelium Primum paternum clientem iuxta Velabrum delituit. ac potiente rerum patre, disiecto aeditui contubernio, mo-

12. *fugam coeptare* 'einen Fluchtversuch machen'.
circumsistunt] sc. Vitelliani.

13. *Cn. Quinctius Atticus* war nebst Cn. Caecilius Simplex consul suffectus für die beiden letzten Monate des J. 69. S. zu I, 77, 8 und II, 60, 14.
umbra honoris] Silent inter arma leges et magistratuum potestates nec ullus est honos insignibus consularibus.

14. *monstratum*] 'auf den man aufmerksam geworden war'.
edicta in populum] 'Erlasse ans Volk, Manifeste'. Zöge man *in populum* zum Verbum, so müsste es *inter populum* heissen.

15. *iecerat*] i. e. de Capitolio iacta sparserat.
casus 'Begegnisse, Abenteuer', wie c. 74, 5.

17. *excepto*] 'aufgegriffen, aufgefangen'; vgl. II, 78 *has ambages et statim exceperat fama et tunc aperiebat;* III, 32 *excepta vox est;* Liv. VIII, 6 *assensu populi excepta vox consulis:* XL, 7 *ad has excipiendas voces speculator missus.*
signum 'Parole, Losung', wie I, 38, 9. III, 22, 14. A. I, 7. XIII, 2. Suet. Ner. 9.

18. *ultro*] 'noch obendrein'; s. zu I, 7, 8.
audaciam pro latebris haberent] nach Sall. Cat. 58 *audacia pro muro habetur.*

74. 1. *prima inruptione*] nach Analogie von *primo adventu.*

2. *lineo amictu*] der Priester sowie der Verehrer der Isis, wie es der ägyptische Ritus erheischte, dem Kleidungsstoffe von thierischer Wolle als unrein erschienen, weshalb die turba sacricolarum Isidis Iuv. VI, 533 *grex liniger* heisst. S. Suet. Oth. 12 *sacra etiam Isidis saepe in lintea religiosaque veste propalam celebrasse traditur;* Tib. I, 3, 29.

ut mea votivas persolvens Delia voces
ante sacras lino tecta fores sedeat.
bisque die resoluta comas tibi dicere laudes
insignis turba debeat in Pharia.

turbae sacricolarum inmixtus] Vgl. Suet. Dom. 1 *irrumpentibus adversariis et ardente templo apud aedituum clam pernoctavit ac mane Isiaci celatus habitu interque sacrificulos vanae superstitionis, cum se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrem contulisset, ita latuit* etc. *Sacricolarum* braucht man nicht ausschliesslich auf die Isispriester zu beziehen; es kann mit Rücksicht auf *turbae* auch allgemeiner aufgefasst werden im Sinne von *sacrificantium et venerantium* oder genauer *cultorum religionis Aegyptiacae.* Es verhält sich aber *sacricolarum* zu *sacrificantium,* wie *lectorum* zu *legentium.*

3. *Velabrum*] s. zu I, 27, 9.

4. *potiente*] Ueber die seltenere Bedeutung 'im Besitze von etwas sein' vgl. II, 101 *potiente rerum Flavia domo;* IV, 35 *nam flumine hostes potiebantur:* A. II, 42 *rex*

dicum sacellum Iovi Conservatori aramque posuit casus suos in marmore expressam; mox imperium adeptus Iovi Custodi templum ingens seque in sinu dei sacravit. Sabinus et Atticus onerati catenis et ad Vitellium ducti nequaquam infesto sermone voltuque excipiuntur, frementibus, qui ius caedis et praemia navatae operae petebant. clamore *a* proximis orto sordida pars plebis supplicium Sabini exposcit, minas adulationesque miscet. stantem pro gradibus Palatii Vitellium et preces parantem pervicere, ut absisteret: tum confossum laceratumque et absciso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.

75 Hic exitus viri haud sane spernendi. quinque et triginta stipendia in re publica fecerat domi militiaeque clarus. innocentiam iustitiamque eius non argueres; sermonis nimius erat: id unum septem annis, quibus Moesiam, duodecim, quibus praefecturam urbis obtinuit, calumniatus est rumor. in fine vitae alii segnem, multi moderatum et civium sanguinis parcum credidere. quod inter om-

Archelaus quinquagesimum annum Cappadocia potiebatur; VI, 40. Cic. p. Rosc. Am. § 70. Acad. pr. II § 126; ad fam. I, 40, 89. Sall. Iug. 13, 5. Liv. XXV, 11, 17. Val. Max. IX, 5, 5.

disicere 'abbrechen'.

contubernio] s. zu I, 43, 6.

5. *Iovi Conservatori*] Memoria rei exstat in Domitiani nummis sic inscriptis: *Iovi Conservatori SC.* i. e. *Senatus consulto.*

casus suos in m. expressam] für *casus suos in marmore expressos repraesentantem* nach dem Vorgange von Val. Fl. Argon. I, 491 *casusque tuos expressa, Phalere, arma geris.* Vgl. Nägelsbach lat. Stil. § 97, 2, c.; über den Acc. graecus bei Tac. s. Draeger Synt. § 39. *Exprimere* ist der technische Ausdruck für Darstellungen auf plastischen Bildwerken.

6. *Iovi Custodi*] auf dem Capitol (Suet. Dom. 5.) in der Nähe der *centum gradus.*

7. *se*] imaginem suam in marmore expressam.

sacravit] 'stiftete'.

9. *navatae operae*] vgl. c. 16, 3 *aviditate navandae operae;* A. III, 42 *navandae operae avidior.*

10. *a*] s. zu c. 14, 2.

sordida] s. zu I, 4, 11.

11. *pro*] s. zu I, 29, 8.

12. *parare* 'sich zu etwas anschicken'.

ut absisteret] scil. a precibus, quas parabat.

13. *truncum corpus* 'der Rumpf'.

14. *Gemonias*] scil. scalas. Auf diese am Capitolinus nach dem forum hin gelegene Treppe wurden die Leichname der Hingerichteten geschleift und dort ausgestellt. A. III, 14 *effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias ac divellebant.*

75. 1. *haud sane* 'in der That nicht, gar nicht', wie öfters bei Liv. z. B. II, 36, 3. XXI, 2, 4. 29, 4. 32, 10. XXII, 19, 12. 40, 1. XXIV, 37, 2.

2. *in re publica*] quippe qui civilibus bellis non interfuisset, rem publicam gessisset. Interpretare 'im öffentlichen Dienste, im Dienste des Vaterlandes'. Non igitur inepta aut otiosa haec verba sunt.

3. *arguere* 'anfechten, bestreiten'. Ueber den Conj. potent. der Vergangenheit s. zu I, 10, 7.

sermonis nimius] gewählter als *garrulus.* Anders I, 35 *nimii verbis, linguae feroces;* IV, 23 *praeferoces initio et rebus secundis nimii.* Ueber den Gen. relationis vgl. Liv. VI, 11, 3 *nimius animi* und zu c. 73, 3. Draeger Synt. § 71, b.

5. *calumniari* 'als etwas übles nachsagen, auszusetzen haben', ohne den Nebenbegriff, dass es gegen bessere Ueberzeugung geschieht.

nis constiterit, ante principatum Vespasiani decus domus penes Sabinum erat. caedem eius laetam fuisse Muciano accepimus, ferebant plerique etiam paci consultum dirempta aemulatione inter duos, quorum alter se fratrem imperatoris, alter consortem imperii cogitaret. sed Vitellius consulis supplicium poscenti populo restitit, placatus ac velut vicem reddens, quod interrogantibus, quis Capitolium incendisset, se reum Atticus obtulerat eaque confessione, sive aptum tempori mendacium fuit, invidiam crimenque adgnovisse et a partibus Vitellii amolitus videbatur.

Isdem diebus L. Vitellius positis apud Feroniam castris exei- 76
dio Tarracinae imminebat, clausis illic gladiatoribus remigibusque, qui non egredi moenia neque periculum in aperto audebant. praeerat, ut supra memoravimus, Iulianus gladiatoribus, Apollinaris remigibus, lascivia socordiaque gladiatorum magis quam ducum similes. non vigilias agere, non intuta moenium firmare: noctu diuque fluxi et amoena litorum personantes, in ministerium luxus disper-

7. *constiterit*] Der Conj. potent. des Pf. (Fut. ex.) bei allgemeinen Behauptungen, wobei das Subject ein Pron. im Neutr. oder unpersönlich ist, findet sich nur selten. Vgl. II, 2 *haud fuerit longum initia religionis . . . disserere;* c. 76 *a contumelia quam a laude propius fuerit post Vitellium eligi;* c. 77 *absurdum fuerit non cedere imperio*. Der Gebrauch entwickelte sich wohl aus der entsprechenden hypothetischen Periode, indem sich der Hauptsatz ablöste aus einem Satzgefüge wie bei Cic. ad fam. V, 12, 7 *atque hoc praestantius mihi fuerit . . . si in tua scripta pervenero*.

8. *ferebant*] s. zu II, 1, 5.

9. *paci consultum*] 'es sei dem Frieden gedient mit —'.

dirempta] s. zu IV, 76, 22.

11. *sed*] 'indess'. Damit wird der unterbrochene Faden der Erzählung wieder aufgenommen.

12. *vicem reddens*] i. e. gratiam reddens, 'einen Gegendienst leistend, zur Vergeltung'.

14. *aptum tempori mendacium*] 'eine zeitgemässe Lüge, eine Nothlüge.'

invidiam 'die Anfeindung, die gehässige Nachrede', wie schon bei Cicero.

adgnovisse] ut suum, 'als wahr (verdient) anerkannt zu haben'. Vgl. c. 52, 10. G. 20.

15. *amoliri* '(die Last) abwälzen'.

76. 1. *Feronia*, eine altitalische Göttin der persönlichen Freiheit. Liv. XXII, 1, 18 *ut libertinae et ipsae, unde Feroniae donum daretur, pecuniam pro facultatibus suis conferrent*. Bei dem drei röm. M. von Tarracina entfernten Tempel befand sich ein Hain mit einer Quelle (Verg. Aen. VII, 800. Hor. sat. I, 5, 24). Vielleicht ist *apud Feroniae* (sc. aedem) zu lesen nach Analogie von *ad Martis* (Cic. ad Q. fr. III, 7, 1), *ad Iovis Statoris* (Liv. I, 41), *a Vestae* (Cic. ad fam. XIV, 2, 2).

excidio Tarracinae] Dativ, wie IV, 15 *excidiis castellorum imminebant*. Tarracina war von Flavianern besetzt (c. 57).

3. *in aperto*] wie Liv. XXII, 4, 3 *castra in aperto locat;* c. 46, 10 *egredi portis et castra ante urbem in aperto communire*. Anders c. 56, 12.

4. *supra*] c. 57.

5. *lascivia* ist 'Ungebundenheit, lockeres Leben'.

socordia] s. zu c. 46, 1.

6. *vigilias agere* 'die Nachtrunde machen lassen'.

intuta moenium] wie *amoena litorum;* s. zu I, 85, 10. Draeger Synt. § 66, b.

noctu diuque] wie II, 5, 2. Sall. hist. II fr. 62; *diu noctuque* A. XV, 12. Sall. Iug. 38.

7. *fluxi*] 'schwärmend, ausser Rand und Band'. Vgl. den voll-

sis militibus, de bello tantum inter convivia loquebantur. paucos ante dies discesserat Apinius Tiro donisque ac pecuniis acerbe per municipia conquirendis plus invidiae quam virium partibus addebat.

77 Interim ad L. Vitellium servus Verginii Capitonis perfugit pollicitusque, si praesidium acciperet, vacuam arcem traditurum, multa nocte cohortes expeditas summis montium iugis super caput hostium sistit. inde miles ad caedem magis quam ad pugnam decurrit: sternunt inermos aut arma capientes et quosdam somno excitos, cum tenebris pavore, sonitu tubarum clamore hostili turbarentur. pauci gladiatorum resistentes neque inulti cecidere; ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine inplicabantur, permixtis paganis, quos nullo discrimine Vitelliani trucidabant. sex Liburnicae inter primum tumultum evasere, in quis praefectus classis Apollinaris; reliquae in litore captae, aut nimio ruentium onere pressas mare hausit. Iulianus ad L. Vitellium perductus et verberibus foedatus in ore eius iugulatur. fuere, qui uxorem L.

ständigeren Ausdruck bei Cic. Tusc. II, 22, 52 *fluimus mollitia*; Liv. VII, 49 *luxu fluere*; Vell. I, 6 und II, 88 *mollitiis fluere*. Anders II, 38, 13.

personantes] transitiv 'durchjubelnd'; vgl. Verg. Aen. VI, 171 *forte cava dum personat aequora concha;* v. 417 *Cerberus haec ingens latratu regna trifauci personat.*

in ministerium] im Deutschen mit veränderter Auffassung 'im Dienste'.

9. *Apinius*] s. c. 57.

acerbe] 'mit Härte, schonungslos'; vgl. Cic. Cat. IV § 10 *cum de pernicie populi Romani, exitio huius urbis tam acerbe, tam crudeliter cogitarit;* H. III, 83 *in acerbissima captivitate.*

10. *addebat*] 'führte zu', d. i. 'brachte ein'.

77. 2. *praesidium* 'Mannschaft' zur Besetzung der Burg, wie IV, 56 *pollicitus, si praesidium daretur, iturum in Batavos;* Cic. p. Sest. § 78 *cum praesidio magno* und *qui se praesidio munierit;* Phil. VIII § 6 *consul se cum praesidio descensurum esse dixit.* Vgl. zu c. 78, 9.

3. *expeditas*] i. e. sarcinis impedimentisque relictis.

summis m. iugis] Wie der Abl. modi eines Substantivs nebst Adjectiv schon in der klassischen Periode an die Stelle des modalen *cum* treten kann, so findet sich bei Tac. öfters ein Abl. loci mit einem Attribut statt *in* als Entlehnung aus der Dichtersprache, seltener ohne ein Attribut.

4. *inde miles ad caedem* etc.] Der nämliche Gedanke IV, 33 *caedes inde, non proelium.* Vgl. noch A. III, 39 *neque aciem aut proelium dici decuerit, in quo semiermi ac palantes trucidati sunt sine nostro sanguine.*

5. *sternunt*] statt *prosternunt*, wie Agr. 36 *stratis, qui in aequo adstiterant;* Liv. XXIII, 42, 12.

6. *tenebris pavore, sonitu tubarum clamore hostili*] s. zu I, 3, 8.

8. *ubi cuncta . . . inplicabantur*] 'wo alles drunter und drüber gieng'.

9. *paganis*] s. zu I, 53, 13.

11. *Apollinaris*] s. zu c. 57, 4.

reliquae . . . captae, aut . . . pressas mare hausit] Bemerke den bei Tac. beliebten Wechsel der genera verbi und der Subjecte. Vgl. IV, 71, 24. 80, 7.

contra tendere] 'Gegenanstrengungen machen, entgegen arbeiten', der Sache nach s. v. a. 'sich offen widersetzen'; vgl. I, 28 *si contra tenderet, exitium metuens;* A, III, 10 *contra Vitellius ac Veranius ceterique Germanicum comitati tendebant;* Verg. Aen. V, 27 *frustra cerno te tendere contra;* Liv. XXXV, 51 *nequicquam contra Micythione et Xenoclide tendentibus;* XXXIV, 34 *cum adversus tendendo non moveret socios.*

16. *nisi* 'ausser' steht hier adverbial ohne vorhergehende Negation, die A. XV, 12 *se nisi victoribus immitem esse* in *immitem* versteckt liegt.

donec 'bis' bei Tac. mit dem Conj. Pr. und Impf., aber mit dem Ind. Pf.

17. *aut*] fast s. v. a. 'theils — theils', wie c. 69. 71; s. zu II, 92, 9.

17. 1. *usui*] scil. erat. S. zu c. 12, 11.

2. *Germanias*] inferiorem superioremque et Transrhenanam.

4. *ars*] wie c. 30 *a legionariis peritia et arte praestantibus*, 'Gewandtheit, Geschick' (vgl. *iners, inertia*), dann auch 'List', wie I, 5 *ad destituendum Neronem arte magis et inpulsu quam suo ingenio traductus;* V, 23 *nota arte ducum.*

5. *cohortium*] s. zu c. 15, 11.

suas] wie Cic. Cat. I § 32 *desinant insidiari domi suae consuli;* Liv. XXIX, 1 *Scipio suas res Syracusanis restituit.*

6. *data potestate*] s. zu c. 16, 9.

8. *secretis sermonibus*] per internuntios habitos; also 'durch geheime mündliche Verhandlungen'. S. zu II, 76, 2.

tavos quamquam tributorum expertes arma contra communes dominos cepisse; prima acie fusum victumque Romanum. quid si Galliae iugum exuant? quantum in Italia reliquum? provinciarum sanguine provincias vinci. ne Vindicis aciem cogitarent: Batavo equite protritos Aeduos Arvernosque; fuisse inter Verginii auxilia Belgas, vereque reputantibus Gallias suismet viribus concidisse. nunc easdem omnium partes, addito, si quid militaris disciplinae in castris Romanorum viguerit; esse secum veteranas cohortes, quibus nuper Othonis legiones procubuerint. servirent Suria Asiaque et suetus regibus Oriens: multos adhuc in Galliis vivere ante tributa genitos. [nuper] certe caeso Quintilio Varo pulsam e Germania

10. *quamquam*] beim Adjectiv; s. zu III, 2, 18.

11. *quid si*] rhetorische Steigerung in Frageform, wie c. 42 *quid si floreat vigeatque?* A. IV, 40. XI, 23.

12. *iugum exuant*] wie Agr. 31 *exuere iugum potuere;* H. IV, 25 *si servitium exuissent;* vgl. Liv. XXXIV, 13, 9 *nationem rebellantem . . . iugum, quo se exuit, accipere rursus cogatis.* Gewöhnlicher als *exuere* 'sich entledigen' ist *excutere* oder *deicere* bei *iugum.*

quantum . . . reliquum] scil. esse; s. zu c. 14, 11. Zum Gedanken vgl. c. 54 *si populum Romanum continua civilium bellorum series et interna mala fregissent.*

provinciarum sanguine] non Italiae viribus.

13. *Vindicis*] s. zu I, 6, 12.

Batavo equite] Diese rednerisch wirksame Behauptung braucht gerade nicht auf historischer Quellenforschung zu beruhen.

14. *protritos*] 'niedergetreten, über den Haufen geritten'; daher bei Cic. *proteri* mit *conculcari* verbunden steht. Hier, wo die Folgen eines Reiterangriffs geschildert werden, ist es jedenfalls besser am Platze, wie II, 26, 1. Bemerke übrigens die schlaue Berechnung, mit der Civ. so thut, als ob die Bataver zu den Galliern gehörten; s. zu c. 32, 17.

Aeduos] s. zu I, 51, 15. Sie hielten nebst den Arvernern und Sequanern zu Vindex.

Arvernos] in der heutigen Auvergne im Nordwesten der Cevennen.

Verginii] s. zu I, 6, 12. 8, 11.

Belgas] sc. Treveros et Lingones (c. 69). S. zu I, 8, 6.

15. *vere* i. e. recte.

reputantibus] s. zu II, 50, 11. Prammer schiebt *rem* davor ein.

vires 'Wehrkraft', wie c. 69, 11.

easdem omnium partes] Der Vortheil ihrer Lage gegen früher, sagt er, bestehe darin, dass jetzt alle der nämlichen d. i. der antirömischen Partei angehörten, wobei noch die militärische Ausbildung ihnen zu Gute käme, die sich etwa bei den Römern in Kraft erhalten habe. *Addito* ('wozu noch käme') steht wie c. 16, 10 *certato,* und *si quid . . . viguerit* schwächt den Begriff *militaris disciplina* mit feiner Berechnung auf die Zuhörer wieder ab,

17. *veteranas cohortes*] octo illas Batavorum, de quibus v. c. 15, 5. 19, 1. I, 59, 3.

quibus] Dativ, wie A. I, 59 *sibi tres legiones, totidem legatos procubuisse. Procumbere* im Sinne von 'erliegen' ist ein poetisches Wort.

18. *nuper*] in der Schlacht bei Bedriacum um die Mitte des April (s. zu II, 40); vgl. II, 43, 10.

19. *regibus*] Welcher Casus? Vgl. V, 15 *Germanos fluminibus suetos;* A. XIV, 27 *neque coniugiis suscipiendis neque alendis liberis sueti;* II, 44 *ut suesceret militiae;* dagegen II, 52 *ut Tacfarinas lectos viros . . . disciplina et imperiis suesceret.*

ante tributa genitos] eine starke rhetorische Uebertreibung, sintemal seit dem 7. Consulate des Augustus (27 v. Chr.), wo derselbe den Census in Gallien einführte, 95 Jahre verflossen waren.

20. *nuper* ist ein negativer Be-

servitutem, nec Vitellium principem sed Caesarem Augustum bello provocatum. libertatem natura etiam mutis animalibus datam, virtutem proprium hominum bonum; deos fortioribus adesse. proinde arriperent vacui occupatos, integri fessos. dum alii Vespasianum alii Vitellium foveant, patere locum adversus utrumque. sic in Gallias Germaniasque intentus, si destinata provenissent, validissimarum ditissimarumque nationum regno imminebat.

18 At Flaccus Hordeonius primos Civilis conatus per dissimulationem aluit: ubi expugnata castra, deletas cohortes, pulsum Batavorum insula Romanum nomen trepidi nuntii adferebant, Munium Lupercum legatum (is duarum legionum hibernis praeerat) egredi adversus hostem iubet. Lupercus legionarios e praesentibus, Ubios

griff, der unserem 'es ist noch nicht gar lange her dass' entspricht. In der That waren aber bereits 60 Jahre verflossen. Da nun Z. 18 *nuper* vor einem Zeitraume von wenigen Monaten steht, so ist es wohl mit Prammer als Dittographie hier zu streichen.

21. *bello provocatum*] wie *bello lacessitum*. Welcher Casus also?

22. *mutus* 'sprachlos', wie Cic. de n. d. II § 133.

23. *proprius* 'ausschliesslich' im Gegensatz zu *communis*.

adesse] s. zu III, 46, 11.

proinde wie c. 21, 8 'demgemäss, demzufolge, somit' ist die folgernde Partikel bei Aufforderungen.

24. *arripere* 'anpacken, anfallen', nach Vergils Vorgang Aen. IX, 13 *rumpe moras omnes et turbata arripe castra.*

vacui] scil. a belli curis, 'nicht in Anspruch genommen, unbehelligt'. S. zu III, 2, 11.

occupatos] domesticis discidiis belloque civili.

integer 'ungeschwächt'.

25. *foveant*] s. zu I, 8, 9. III, 83, 2.

patere locum] 'habe man freies Feld (Spiel)'.

26. *intentus*] 'die Gedanken gerichtet, sein Augenmerk richtend', wie c. 51 *Vespasianus in Italiam resque urbis intentus;* c. 79 *Civilis illuc intenderat.* Mit dem Dativ c. 87, 3. V, 10, 7.

si . . . provenissent] ist als Conj. des Fut. ex. zu fassen und gehört zu *imminebat.* Ebenso steht *si* mit dem Conj. Plpf. c. 25, 16. 69, 9. *Provenire* = prospere cedere; vgl. zu III, 41, 14 und II, 16, 5.

validissimarum — ditissimarum] geht chiastisch auf *Gallias Germaniasque.* Vgl. c. 74 *penes quos aurum et opes* (scil. sunt); A. XI, 18 *non ignarus* (Gallos) *dites et inbelles esse;* A. III, 46 *quanto* (magis) *pecunia dites et voluptatibus opulentos, tanto magis inbelles Aeduos evincite.*

27. *regno imminebat*] dem Sinne nach s. v. a. *regnum appetiturus erat;* s. zu c. 15, 15. Auf den Gedanken ist der Leser durch c. 14 *occultato interim altiore consilio* schon vorbereitet.

18. 1. *At*] s. zu III, 13, 1.

dissimulatio i. e. simulata inscientia, 'Ignorierung, Nichtbeachtung'; vgl. c. 24 *dissimulatos Civilis conatus.* S. zu I, 26, 3.

3. *Romanum nomen*] eine seit Livius häufige Umschreibung des Volksnamens, wie III, 45 *Romani nominis odium;* A. I, 43 *subvenisse Romano nomini.*

Munius Lupercus war vermuthlich Commandeur der XV. Legion, da Fabius Valens wahrscheinlich Legat der V. war, deren Adler den Feldzug nach Italien mitmachte (I, 61). Ueber sein späteres Schicksal s. c. 61.

4. *duarum legionum*] V. XV.

hibernis] zu Vetera; s. zu Z. 19.

5. *e praesentibus*] 'die am Platze waren': nach c. 22, 15 kaum 5000 Mann. Vgl. im Folgenden *e proximis;* c. 31 *praefectus cohortis e victis;* c. 50 *Baebius Massa e procuratoribus Africae.* I, 31 (Longinus) *non ordine militiae, sed e Galbae amicis, fidus principi suo et desciscentibus suspectior erat.*

e proximis, Treverorum equites haud longe agentis raptim transmisit, addita Batavorum ala, quae iam pridem corrupta fidem simulabat, ut proditis in ipsa acie Romanis maiore pretio fugeret. Civilis captarum cohortium signis circumdatus, ut suo militi recens gloria ante oculos et hostes memoria cladis terrerentur, matrem suam sororesque, simul omnium coniuges parvosque liberos consistere a tergo iubet, hortamenta victoriae vel pulsis pudorem. ut virorum cantu, feminarum ululatu sonuit acies, nequaquam par a legionibus cohortibusque redditur clamor. nudaverat sinistrum cornu Batavorum ala transfugiens statimque in nos versa. sed legionarius miles, quamquam rebus trepidis, arma ordinesque retinebat. Ubiorum Treverorumque auxilia foeda fuga dispersa totis campis palantur: illuc incubuere Germani, et fuit interim effugium legionibus in castra, quibus Veterum nomen est. praefectus alae

Ubios] Ihr Hauptort (*oppidum Ubiorum* A. XII, 27) hiess seit Gründung der Colonie der jüngeren Agrippina zu Ehren Colonia Agrippinensis (j. Cöln).

6. *e proximis*] 'die in der Nähe standen', wie A. XIV, 34 *Suetonio quarta decuma legio cum vexillariis vicesimanis et e proximis auxiliares . . . erant.* S. zu Z. 5.

Treverorum] s. zu I, 53, 10.

transmisit] trans Vahalem in insulam Batavorum, ut videtur, prope divortium Rheni. — Intransitiv steht das Verbum V, 19, 6. A. XIV, 29.

8. *maiore pretio*] vgl. I, 12 *cum . . . maiore praemio peccaretur.*

fugeret] mit absichtlicher Herabsetzung für *transfugeret.*

10. *ante oculos*] scil. esset. S. zu c. 12, 11 und zu I, 21, 9.

12. *hortamenta . . . pudorum*] Der Plural *hortamenta* ist aus Liv. VII, 11, 6 entlehnt, welche Stelle überhaupt einige Aehnlichkeit mit der unsrigen hat; der Sing. zuerst bei Sall. Iug. 98, 7. Ueber die im Accusativ stehende Apposition zum ganzen Satze s. zu I, 44, 12. Die hier erwähnte Massregel war nicht bloss eine bei den Germanen allgemeine Sitte (G. 7. 8), die schon im Cimbernkriege vorkommt, sie findet sich auch bei den alten Briten (Agr. 32. A. XIV, 34) und selbst bei den Thrakern (A. IV, 51) vor.

13. *cantu*] i. e. barditu. Ueber diesen Kriegsgesang oder eigentlich Schildruf, s. zu II, 22, 6.

ululatus ist der stehende Ausdruck für Weibergeheul, wie G. 7 *feminarum ululatus;* Verg. Aen. IV, 667 u. IX, 477 *femineo ululatu;* II, 487 *cavae plangoribus aedes femineis ululant;* Plin. epp. VI, 20, 14 *ululatus feminarum.*

sonuit acies] wie G. 3 *terrent trepidantve, prout acies* (barditu) *sonuit.*

par] 'mit gleicher Stärke'. Vgl. Liv. IV, 37 *clamor indicium primum fuit, qua res inclinatura esset, excitatior crebriorque ab hoste sublatus; ab Romanis dissonus, impar, segnius saepe iteratus* [*incerto clamore*] *prodidit pavorem animorum.*

14. *nudaverat*] Ueber das Plpf. s. zu II, 5, 12. Draeger Synt. § 27, b.

15. *nos*] statt *nostros*, wie c. 67 *conterminam civitatem et nobis fidam.*

16. *quamquam*] s. zu III, 2, 18.

18. *palantur*] s. zu I, 68, 8. Nipperdey zu A. I, 30.

illuc] i. e. in illos, wie c. 79, 6. II, 24, 5; s. zu II, 47, 7. Berger lat. Stil. § 54.

incumbere in der Bedeutung 'sich auf den Feind werfen' ist der Dichtersprache entlehnt; vgl. V, 18 *legiones a fronte incubuere;* A. II, 17 *incubuerat sagittariis.*

effugium 'Gelegenheit, Möglichkeit zu entkommen'; s. zu I, 43, 5.

19. *Veterum*] Der Gen. in dieser Verbindung noch A. IV, 59. XIV, 50. XV, 37; sonst gewöhnlich der Nom.,

Batavorum Claudius Labeo, oppidano certamine aemulus Civili, ne interfectus invidiam apud populares vel, si retineretur, semina discordiae praeberet, in Frisios avehitur.

Isdem diebus Batavorum et Canninefatium cohortes, cum 19 iussu Vitellii in urbem pergerent, missus a Civile nuntius adsequitur. intumuere statim superbia ferociaque et pretium itineris donativum, duplex stipendium, augeri equitum numerum, promissa sane a Vitellio, postulabant, non ut adsequerentur, sed causam seditioni. et Flaccus multa concedendo nihil aliud effecerat, quam ut acrius exposcerent, quae sciebant negaturum. spreto Flacco

während der prädicative Dativ nur von Adjectiven bei Tac. vorkommt (Nipperdey zu A. II, 16). *Vetera,* der Name des römischen Winterlagers auf dem Fürstenberge beim heutigen Xanten am linken Rheinufer unterhalb Wesel, hat demnach als Subst. zu gelten. Vielleicht dürfte die ältere Namensform des jetzigen Dorfes Birten am Fürstenberge darin versteckt sein.

20. *Claudius*] Der Name Claudius kehrt bei den rheinischen und gallischen Provinzialen öfters wieder, ein Beweis, wie beliebt das Andenken des gleichnamigen Kaisers dort war. Vgl. c. 13 *Claudius Paulus;* c. 33 *Claudius Victor;* c. 62 *Claudius Sanctus;* V, 22 *Claudia Sacrata mulier Ubia;* IV, 49 *Claudius Sagitta praefectus alae Petrianae* (s. zu I, 70, 14); I, 68 *Claudius Severus* (dux Helvetiorum); c. 69 *Claudius Cossus* (legatus Helvetiorum).

oppidanum certamen 'kleinstädtischer Parteikampf' d. h. wie er unter Kleinstädtern vorzukommen pflegt; vgl. A. XIV, 17 *oppidana lascivia* (im Gegensatze zu den Bewohnern des platten Landes); H. III, 57 *municipalem aemulationem bellis civilibus miscebant;* Cic. p. Planc. § 30 *quod dicitur Atinae factum a iuventute vetere quodam in scenicos iure maximeque oppidano.* Aehnliche Prägnanz der Bedeutung von Adjectiven s. A. I, 33 *accedebant muliebres offensiones novercalibus Liviae in Agrippinam stimulis.* Beide, sowohl Civilis als Labeo, waren wohl aus demselben Orte (*oppidum Batavorum* V, 19) gebürtig.

aemulus Civili] Oefters verbindet Tac. nach Analogie des Griechischen (Krüger gr. Spr. § 48, 12, 5) den objectiven Dativ mit einem persönlichen Verbalsubst. (s. zu I, 22, 10).

21. *invidia* hier unser 'Misvergnügen, Unzufriedenheit'.

semina] 'Zündstoff', wofür Cic. de off. II, 8, 29 sagt: *bellorum civilium semen et causa.*

22. *in Frisios*] Von dort entkam er nach Colonia Agrippinensis (c. 56).

19. 1. *Batavorum . . . cohortes*] Civilis hatte gleich beim Beginn der Unruhen die zu Mogontiacum stehenden 8 Batavercohorten durch geheime Botschaft beschickt (c. 15); ehe jedoch dieselbe zu ihnen gelangte, hatte ein auf die Nachricht von Vespasians Schilderhebung von Vitellius erlassener Befehl sie nach Rom (*in urbem*) gerufen (II, 97, 1). Auf dem Wege dahin ereilte sie nun der Sendbote des Civilis.

3. *intumuere*] 'brausten auf'. Dieselbe Metapher nach dem Vorgange von Liv. noch A. I, 38 *intumescente motu.*

4. *duplex stipendium*] Der tägliche Sold der römischen Linientruppen betrug vor Caesar $^1/_3$ Denar = $5^1/_3$ As (Polyb. VI, 39, 12), seitdem 10 As (Suet. Caes. 26). Nipp. zu A. I, 17. Die Prätorianer bezogen 2 Denare Löhnung.

augeri equitum numerum] i. e. ut ex cohortibus plures in equitum numerum allegerentur maiora stipendia merituri. — Ueber den Acc. c. Inf. Pass. nach *postulare* s. Schultz § 388 A. 6. Draeger Synt. § 146.

5. *causam seditioni*] Ueber diesen Dativ beim Subst. abstr. s. zu I, 67, 4. Draeger Synt. § 53.

inferiorem Germaniam petivere, ut Civili iungerentur. Hordeonius adhibitis tribunis centurionibusque consultavit, num obsequium abnuentes vi coerceret; mox insita ignavia et trepidis ministris, quos ambiguus auxiliorum animus et subito dilectu suppletae legiones angebant, statuit continere intra castra militem: dein paenitentia et arguentibus ipsis, qui suaserant, tamquam secuturus scripsit Herennio Gallo legionis primae legato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos; se cum exercitu tergis eorum haesurum. et opprimi poterant, si hinc Hordeonius, inde Gallus motis utrimque copiis medios clausissent. Flaccus omisit inceptum aliisque literis Gallum monuit, ne terreret abeuntes: unde suspicio sponte legatorum excitari bellum, cunctaque, quae acciderant aut metuebantur, non inertia militis neque hostium vi sed fraude ducum evenire.

9. *adhibere* wie Caes. b. G. I, 20 absolut '(zur Berathung) hinzuziehen'.

10. *ignavia*] Ueber seinen Charakter s. I, 9, 2. 56, 3.

ministris] i. e. tribunis praefectis centurionibusque. Uebers. 'die Untergebenen'.

11. *animus* 'Gesinnung, Stimmung'.

subito dilectu] s. zu c. 14, 3.

suppletae legiones] Ueber den häufigen Gebrauch des Part. Pf. Pass. statt des Verbalsubstantivs vgl. Draeger Synt. § 210, 2. Ebenso c. 19 *Galliae aspernantes*, *Rhenus . . . vix navium patiens;* c. 27 *mixtus obsequio furor*. Selten bei Cicero wie in Pis. § 85 *nemo dubitabat, quin violati hospites, legati necati, fana vexata hanc tantam efficerent vastitatem*.

12. *intra castra*] zu Mogontiacum (leg. IV. XXII), zu Bonna (leg. I), zu Novaesium (leg. XVI), zu Vetera (leg. V. XV).

paenitentia et arguentibus] Coordination verschiedenartiger Ablative, wie c. 68 *ferocia aetatis et pravis impulsoribus*.

13. *tamquam secuturus*] vgl. c. 25 *tamquam a Mogontiaco legiones sequerentur*. Gewöhnlich verbindet Tac. das eine fremde Ansicht oder Aussage angebende *tamquam* mit dem Conj. (s. zu I, 8, 9), hier wie I, 48, 14 *tamquam . . . furatus*, III, 51 *distulerant tamquam maiora meritum*, IV, 32 *tamquam ad socium partium scriptae* mit dem Particip, A. XIII, 43 *tamquam satis expleta ultione* sogar mit dem Abl. abs.

14. *Bonnam*] j. Bonn. Das Standlager befand sich etwas nördlich von der Stadt beim Wichelshofe.

15. *transitu*] per agrum Bonnensem ripamque Rheni in insulam Batavorum. Uebers. 'am Durchmarsche'.

haerere 'sich fest anhängen, fest sitzen' mit dem Dativ, wie A. II, 14 *haerentia corpori tegmina;* XIV, 4 *pectori haerens;* H. IV, 23 *pleraque telorum turribus pinnisque moenium irrita haerebant;* Liv. II, 6 *duabus haerentes hastis;* XXIII, 9 *osculo haerens;* Iustin. XXIX, 4 *lateri eius haerentes.* So schon Hor. od. III, 24, 54 *equo haerere* während Cic. p. Dei. § 28 *in equo haerere* sagt. Uebers. *tergis eorum haesurum* 'er werde ihnen auf dem Nacken sitzen'.

16. *et*] bestätigt 'und wirklich'; s. zu V, 22, 15.

17. *inceptum*] Der Sing. des Part. im Neutr. wie A. I, 19. XV, 36 als Subst. von einem politischen oder militärischen Unternehmen neben dem Plur. H. I, 89, 9. A. VI, 32. Vom Vorhaben des Autors nur der Sing. A. IV, 33. VI, 22 nach Sall. Cat. 7, 7. Iug. 4, 9. 42, 5.

18. *unde* s. zu III, 2, 9. I, 19, 1.

sponte] s. zu III, 16, 6.

19. *metuebantur*] Welche Partikel wird hier im Deutschen hinzugesetzt?

Batavi cum castris Bonnensibus propinquarent, praemisere, 20 qui Herennio Gallo mandata cohortium exponeret. nullum sibi bellum adversus Romanos, pro quibus totiens bellassent: longa atque irrita militia fessis patriae atque otii cupidinem esse. si nemo obsisteret, innoxium iter fore: sin arma occurrant, ferro viam inventuros. cunctantem legatum milites perpulerant, fortunam proelii experiretur: tria milia legionariorum et tumultuariae Belgarum cohortes, simul paganorum lixarumque ignava sed procax ante periculum manus omnibus portis prorumpunt, ut Batavos numero inpares circumfundant. illi veteres militiae in cuneos congregantur, densi undique et frontem tergaque ac latus tuti; sic tenuem nostrorum aciem perfringunt. cedentibus Belgis pellitur legio, et vallum portasque trepidi petebant. ibi plurimum cladis: cumulatae corporibus fossae, nec caede tantum et volneribus sed ruina et suis plerique telis interiere. victores colonia Agrippinensium vitata nihil cetero in itinere hostile ausi,

20. 1. *propinquarent*] s. zu III, 82, 9.

4. *irrita*] 'fruchtlos' mit Bezug auf die vergeblich von dem Kriegsdienst erhofften pecuniären und sonstigen Vortheile.

5. *innoxius* 'harmlos'; vgl. c. 58 *sine noxa paenitentiam.*

arma 'Waffenmacht', wie I, 76, 9. A. I, 1 u. 5.

6. *perpulerant*] Ueber das Plpf. s. zu II, 5, 12. Der blosse Conj. steht bei *perpellere* und *pangere* (A. XII, 15) nach Analogie der Verben des Antreibens und Forderns. Ausser den Stellen bei Draeger Synt. § 144 vgl. c. 64 *postulamus a vobis . . . detrahatis;* A. II, 40 *hortatur, adeant;* c. 72 *oravit, exueret ferociam;* III, 16 *oro . . . consulatis;* IV, 74 *efflagitabant . . . facerent.*

7. *tumultuariae*] i. e. raptim ut in tumultu (s. zu c. 16, 3) conscriptae; cf. c. 66, 5. A. I, 56. XV, 3.

8. *Belgarum*] sc. Nerviorum et Tungrorum (c. 15. 16).

pagani 'Landvolk', wie II, 14 *pars classicorum mixtis paganis.*

ignava sed procax] vgl. II, 23 *ut quisque animo ignavus, procax ore.*

9. *portis*] s. zu c. 77, 2.

prorumpunt] statt der Lesart des Med. *rumpunt,* wie c. 34 *omnibus portis prorumpunt.* Anders ist A. II, 17 *illa rupturas,* wo *rumpere* wie öfters absolut im Sinne von *perrumpere* gebraucht ist.

10. *vetus* 'ergraut' mit dem Gen. nach Analogie von *peritus*; vgl. c. 76 *veterem expertumque belli;* A. I, 20 *vetus operis ac laboris;* VI, 12 *scientiae caerimoniarumque vetus;* c. 50 *vetus regnandi.* Draeger Synt. § 71, a.

in cuneos] s. zu II, 42, 10.

11. *densi* 'dicht geschlossen' im Gegensatz zu *tenuem aciem.*

frontem] statt *a fronte,* wie A. I, 50 *frontem ac tergum vallo, latera concaedibus munitus.* Dagegen sagt Cic. Phil. III § 32 *a tergo, a fronte, a lateribus tenebitur.* Ueber den sogen. Acc. graecus s. Madv. § 237, b. Draeger Synt. § 39.

14. *clades* 'Verlust' (an Todten).

15. *ruina et suis . . . telis*] ἓν διὰ δυοῖν für *in sua tela ruendo;* s. Draeger Synt. § 243.

colonia Agrippinensium] s. zu c. 18, 5.

16. *vitata*] um nicht mit der starken Besatzung anzubinden. Ebenso c. 70 *vitato Mogontiaco.*

ceterum unklassisch und ungenau statt *reliquum* 'der fernere', da es sich um den Rest des Marsches handelt.

Bonnense proelium excusabant, tamquam petita pace, postquam negabatur, sibimet ipsi consuluissent.

21 Civilis adventu veteranarum cohortium iusti iam exercitus ductor, sed consilii ambiguus et vim Romanam reputans, cunctos, qui aderant, in verba Vespasiani adigit mittitque legatos ad duas legiones, quae priore acie pulsae in Vetera castra concesserant, ut idem sacramentum acciperent. redditur responsum, neque proditoris neque hostium se consiliis uti; esse sibi Vitellium principem, pro quo fidem et arma usque ad supremum spiritum retenturos: proinde perfuga Batavus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris poenas expectaret. quae ubi relata Civili, incensus ira universam Batavorum gentem in arma rapit; iunguntur Bructeri Tencterique et excita nuntiis Germania ad praedam famamque.

22 Adversus has concurrentis belli minas legati legionum Munius Lupercus et Numisius Rufus vallum murosque firmabant. subversa longae pacis opera haud procul castris in modum mu-

17. *tamquam*] 'mit der Angabe'; s. z. I, 8, 9.

18. *sibimet consulere* 'sich selber helfen, zur Selbsthilfe schreiten'.

21. 1. *iustus* 'förmlich, ordentlich'; vgl. A. XIV, 32 *ducentos sine iustis armis misit*.

2. *consilii ambiguus*] wie II, 83, 6. Ueber den Gen. relationis s. Draeger Synt. § 71, b. *Ambiguum* est quod in ambas partes animo agitur.

vis Romana 'Roms Uebermacht'.

3. *in verba . . . adigit*] 'lässt den Huldigungseid schwören' wie c. 59, 13; s. zu II, 14, 1.

4. *priore acie*] in superiore parte insulae instructa (c. 18).

5. *sacramentum accipere* wie II, 6, 1 s. v. a. *in verba iurare*.

8. *proinde*] s. zu c. 17, 23.

arbitrium agere 'das Schiedsrichteramt üben' oder 'den Oberrichter spielen'; vgl. A. XIII, 14 *quis* (sc. rebus) *a Claudio impositus velut arbitrium regni agebat* d. i. 'er führte so zu sagen ein despotisches Regiment' oder 'er spielte den Vicekaiser'; XIII, 36 *quid si honorem per quinquennium agitent?* Liv. XXIV, 45 *libera de quoque arbitria agere*; XLIV, 15 *Rhodios nunc toto in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere;* Curt. VI, 3 (1), 19 *non est ausus ipse agere arbitria victoriae;* VIII, 4 (1), 34 *victoriae arbitrium agis*.

9. *expectare* 'gewärtig sein', wie c. 57, 10.

11. Die Bructerer wohnten zwischen Lippe und Ems im Norden der Marsen, die zwischen Lippe und Ruhr im Norden der am Rhein und zwischen Ruhr und Sieg im Bergischen sesshaften Tencterer ihre Wohnsitze hatten.

excire 'aufrufen, aufbieten'.

Germania] Transrhenana; s. zu c. 17, 3.

ad hier = μετά c. Acc. 'um zu holen'.

22. 1. *concurrentis*] Acc. Plur. Ueber *concurrere* 'anstürmen' vgl. Galba bei Cic. ad fam. X, 30, 3 *repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit et sine mora concurrit;* Liv. II, 11, 9 *Herminius, ubi tumultum sensit, concurrit ex insidiis;* IX, 25, 8 *signum datum armatis, ut ex insidiis concurrerent.*

2. *Numisius Rufus* scheint nach c. 59 (vgl. mit c. 57 und 62) Legat der XVI. Legion gewesen zu sein. Wie es kam, dass er damals im Lager zu Vetera sich befand, ist aus dem Berichte von Tac. nicht ersichtlich.

3. *opera* 'die Bauten' der Lagerstadt, der sog. procestria, wo die Vorrathshäusser und Buden der negotiatores und lixae standen.

in modum municipii] nicht bloss *oppidi*, weil römische Bürger sich

nicipii exstructa, ne hostibus usui forent. sed parum provisum, ut copiae in castra conveherentur; rapi permisere: ita paucis diebus per licentiam absumpta sunt, quae adversus necessitates in longum suffecissent. Civilis medium agmen cum robore Batavorum obtinens utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis complet, adsultante per campos equite; simul naves in adversum amnem agebantur. hinc veteranarum cohortium signa, inde depromptae silvis lucisque ferarum imagines, ut cuique genti inire proelium mos est, mixta belli civilis externique facie obstupefecerant obsessos. et spem obpugnantium augebat amplitudo valli, quod duabus legionibus situm vix quinque milia armatorum [Romanorum] tuebantur; sed lixarum multitudo turbata pace illuc congregata et bello ministra aderat.

dort niedergelassen hatten; s. zu I, 67, 11.

5. *copiae* 'die Vorräthe', besonders 'die Lebensmittel' wie G. 30. Das Wort ist als Subjectsacc. zu *rapi* zu ergänzen, wie an vielen anderen Stellen des wortkargen Schriftstellers dergleichen Ergänzungen nöthig sind. Vgl. c. 59 *in eadem verba adigit . . . qui detractaverant* (scil. sacramentum); c. 79 *Civilis illuc intenderat . . . sed tristis nuntius avertit* (scil. eum); c. 82 *ut super rebus imperii consuleret* (scil. deum); c. 83 *Ptolemaeus, ut sunt ingenia regum, pronus ad formidinem, ubi securitas rediit, voluptatum quam religionum adpetens, neglegere paulatim* (scil. religiones); II, 45 *nec apud duces Vitellianos dubitatum, quominus pacem concederent. . . . ea res haesitationem attulit ignaris adhuc, an impetrassent* (scil. pacem); c. 62 *Fonteium Capitonem corruptum, seu quia corrumpere* (scil. eum) *nequiverat, interfecit;* V, 3 *fortuitum iter incipiunt; sed nihil aeque quam inopia aquae fatigabat* (scil. eos); A. I, 20. IV, 11. VI, 21. Joh. Müller Beitr. z. Erkl. H. II S. 43. Zur Bedeutung von *rapere* = raptim capere vgl. III, 50 *nec pecuniam aut frumentum providerant, et festinatio atque aviditas praepediebant, dum, quae accipi poterant, rapiuntur;* IV, 33, 4. 37, 4. S. zu I, 38, 12. Zum Acc. c. Inf. *rapi* vgl. I, 47 *concedi corpora sepulturae cremarique permisit;* II, 10 *dari tempus, edi crimina censebant;* Liv. II, 5 *bona regis reddi censuerunt.* Nipperdey zu A. I, 74.

6. *licentia* 'Unfug', dem Sinne nach s. v. a. 'unordentliche, wüste Wirthschaft'.

necessitates ein 'Nothstand, Fälle der Noth'; vgl. Suet. Caes. 68 *famem et ceteras necessitates tolerabant.*

7. *in longum,* adverbial von der Zeit gebraucht, ist unklassisch, wie c. 79 *nec in longum quies militi data;* A. I, 69. V, 2. XI, 20. XIV, 4.

suffecissent] s. Schultz § 344 A. 6.

medium agmen] inter Germanorum catervas via militari incedens.

10. *in adversum amnem*] statt des gewöhnlichen *adverso amne.*

agebantur] sc. remis. S. zu V, 23, 2.

hinc . . . inde] 'an diesem — an jenem Punkte, wie A. XIII, 38. XV, 11. 29

11. *ferarum*] luporum ursorum aprorum. G. 7 *effigies et signa quaedam detracta lucis in proelium ferunt.*

12. *belli civilis*] in Bezug auf die römischen Feldzeichen und Waffen der Batavercohorten.

13. *facie*] s. zu I, 89, 11.

14. *situm*] s. zu III, 72, 16.

15. *armatorum* ist, nachdem *duabus legionibus* eben vorausgegangen, allein schon ein genügender Gegensatz zu der kriegsuntüchtigen Masse der *lixae* und *negotiatores* (c. 15. 20), die keine Rüstung trugen.

sed 'doch, indessen'.

16. *congregata et bello ministra*] Statt des logischen Verhältnisses der Subordination hat Tac. die Co-

23 Pars castrorum in collem leniter exsurgens, pars aequo adibatur. quippe illis hibernis obsideri premique Germanias Augustus crediderat, neque umquam id malorum, ut obpugnatum ultro legiones nostras venirent; inde non loco neque munimentis labor additus: vis et arma satis placebant. Batavi Transrhenanique, quo discreta virtus manifestius spectaretur, sibi quaeque gens consistunt, eminus lacessentes. post ubi pleraque telorum turribus pinnisque moenium irrita haerebant et desuper saxis volnerabantur, clamore atque impetu invasere vallum, adpositis plerique scalis, alii per testudinem suorum; scandebantque iam quidam, cum gladiis et armorum incussu praecipitati sudibus et pilis obruuntur, praeferoces initio et rebus secundis nimii. sed tum praedae cupidine adversa quoque tolerabant; machinas etiam, insolitum sibi, ausi; nec ulla ipsis sollertia: perfugae captivique docebant struere materias in modum pontis, mox subiectis rotis

ordination durch *et* gewählt, wie A. XV, 51 *postremum lentitudinis eorum pertaesa et in Campania agens;* c. 59 *immotus his* (Piso) *et paululum in publico versatus.* Ueber den Dat. *bello* bei *ministra* 'verwendbar', (wie I, 88, 5. A. XV, 28) s. zu I, 22, 10.

23. 1. *in collem*] 'den Abhang hinauf' bei *exsurgere*, wie II, 14, 10. Ueber *collis* 'Abhang' vgl. Caes. b. G. VII, 36, 2. 44, 1. 46, 3. 51, 4.

leniter] der eigentliche Ausdruck von sanft ansteigendem Terrain; vgl. Caes. b. G. I, 17 *collis erat leniter ab infimo acclivis.*

exsurgens] Das Part. wechselt mit dem Abl. viae *aequo* 'auf ebenem Terrain' (s. zu c. 77, 2) im Gegensatze ab. Vgl. Draeger Synt. § 233, 5.

adibatur] 'war zugänglich', wie III, 71, 12.

2. *obsideri*, πολιορκεῖσθαι, 'im Belagerungszustande, in Schach gehalten werden'; vgl. Nep. Pel. 1, 3 *satius ducebant eos* (scil. Thebanos) *obsideri quam liberari.* Das Lager war eben nur für Offensivzwecke errichtet.

3. *obpugnatum ultro legiones*] nach Analogie von *liberari obsidio legiones* (A. XV, 14). Uebrigens kommt das Verbum auch sonst mit einem Personalobject vor, wie Caes. b. G. I, 44 *ad se oppugnandum.* Ueber *ultro* s. zu I, 7, 8.

id malorum] sc. *fore*. S. zu c. 14, 11.

4. *locus* 'Terrain' wie öfters.

labor additus] Reminiscenz aus Verg. georg. I, 150 *mox et frumentis labor additus.*

5. *satis placebant*] Brachylogie für *satis esse placebat* oder *videbatur* (*visum erat*); vgl. c. 59 *legatos vinciri satis visum.*

Transrhenani] Frisii Bructeri Tencteri (c. 15. 21).

6. *sibi quaeque*] für *pro se quaeque*, dem Sinne nach s. v. a. *propriis cuneis* (c. 16, 8). Vgl. III, 71 *sibi quisque auctor.*

8. *irrita*] 'ohne Wirkung'.

haerebant] s. zu c. 19, 15.

11. *armorum*] i. e. scutorum. Vgl. c. 29 *propellere umbone;* Liv. V, 47 *Gallum umbone ictum deturbat.*

12. *praeferoces*] 'unbändig, ungestümen Muthes', wie c. 32 *praeferocem ingenio;* A. IV, 60 *praeferocem et insidiis opportunum;* vgl. V, 15 *Germani prosperis feroces.*

nimii] i. e. elati, 'sich überhebend, masslos'; vgl. c. 80 *nimius commemorandis, quae meruisset;* I, 35, 5 *nimii verbis;* Liv. VI, 11, 3 *nimius animi.*

tum 'jetzt, in diesem Falle', wie c. 26, 8 *tunc.*

14. *insolitum sibi*] 'ein ihnen ungewohntes Ding'. Zu dem substantivischen Gebrauche des Adj. im Neutr. Sing. s. zu I, 18, 2. Ueber das Pron. refl. s. zu I, 64, 15.

nec adversativ, wie c. 28, 8. 84, 17. Nägelsbach lat. Stil. § 192, 3, d.

sollertia 'Geschick'.

15. *struere* eigentlich 'schich-

propellere, ut alii superstantes tamquam ex aggere proeliarentur, pars intus occulti muros subruerent. sed excussa ballistis saxa stravere informe opus. et crates vineasque parantibus adactae tormentis ardentes hastae, ultroque ipsi obpugnatores ignibus petebantur, donec desperata vi verterent consilium ad moras, haud ignari paucorum dierum inesse alimenta et multum inbellis turbae; simul ex inopia proditio et fluxa servitiorum fides ac fortuita belli sperabantur.

Flaccus interim cognito castrorum obsidio et missis per 24
Gallias, qui auxilia concirent, lectos *e* legionibus Dillio Voculae duoetvicensimae legionis legato tradit, ut quam maximis per ripam itineribus celeraret, ipse navibus *secutus*, invalidus corpore, invisus militibus. neque enim ambigue fremebant emis-

ten' (s. zu II, 22, 8), hier für *construere.*

materias] 'Bauholz'; der Plur, wie V, 20 *caedendis materiis.* Vgl. Nipperdey zu A. I, 35.

pons hier 'Fallbrücke' der turris ambulatoria (bei Veg. IV, 17 *sambuca* genannt).

17. *pars i. occulti m. subruerent*] s. zu c. 16, 14.

ballistis] Diese Wurfgeschütze entsprechen unsern Mörsern; sie warfen schwere Steine, Pechtöpfe und glühende Kugeln in einem Winkel von 45°. Das Genauere s. bei Rüstow und Köchly Gesch. d. gr. Kriegswesens S. 378 ff.

18. *opus*] 'Bau'; s. zu II, 21, 3.

crates vineasque] s. zu II, 21, 13.

adactae] vgl. Caes. b. c. III, 51, 8 *ut telum tormento missum adigi non posset.*

19. *tormentis*] Der Gattungsname statt der Species *catapultis*, durch welche Brandpfeile (*falaricae*) und brennende Balken mit geringer Elevation oder in horizontaler Richtung geschleudert wurden. Beide, Ballisten und Catapulten, werden A. XII, 56 zusammengestellt.

ultro] s. zu I, 7, 8.

20. *desperare* mit dem Acc. '(verzweifelnd) aufgeben'.

vertere consilium ad moras 'sich aufs Zuwarten verlegen, sich zum Zuwarten entschliessen'.

22. *fluxa servitiorum fides* 'die Wandelbarkeit der Sklaventreue'; s. zu II, 75, 3. Gemeint sind wohl vorzugsweise die Trossknechte (*calones* c. 60); s. zu I, 49, 3 und II, 87, 5. Ueber *servitia* vgl. zu III, 84, 20.

24. 2. *lectos e legionibus*] i. e. vexillarios.

3. *per*] s. zu III, 21, 10.

4. *navibus secutus*] Der Legat sollte rheinabwärts marschieren; Flaccus selbst folgte zu Schiffe, da er kränklich den Fatiguen des Marsches und bei den Soldaten missliebig etwaigen Unbotmässigkeiten oder Insulten sich nicht aussetzen wollte. Ohne dass vorher seines Aufbruchs von Mainz Erwähnung geschieht, kann seine Ankunft im Lager zu Bonn (c. 25) nicht wohl vorausgesetzt werden. Die Einschiebung von *secutus* (sc. est) statt *profectus* oder *vectus* empfiehlt sich durch den Gegensatz zu *celeraret;* vgl. c. 19 *tamquam secuturus scripsit Herennio Gallo.* Der Plural *navibus* steht hier, wie immer, wenn dabei an ein kleines Schiffsgeschwader zu denken ist; vgl. c. 49 *petita navibus Gallia;* V, 22 *navibus remeabat;* Cic. ad fam. XV, 3, 2 (M. Bibulus procos.) *navibus profectus erat;* Caes. b. c. II, 24 *Curio Marcium Uticam navibus praemittit;* III, 101 *Cassius ad Messanam navibus advolavit;* Liv. XXVI, 17 *cum Tarraconem navibus venisset;* Vell. II, 45 *cum per Tiberim subiret navibus.*

invalidus] Er litt am Podagra; s. zu I, 9, 2. Damit stimmt auch die Aeusserung d. murrenden Soldaten: *Hordeonium e cubiculo et lectulo iubere* etc.

5. *neque enim*] Die Negation bezieht sich aufs Adverb.

sas a Mogontiaco Batavorum cohortes, dissimulatos Civilis conatus, adsciri in societatem Germanos. non Primi Antonii neque Muciani ope Vespasianum magis adolevisse. aperta odia armaque palam depelli: fraudem et dolum obscura eoque inevitabilia. Civilem stare contra, struere aciem: Hordeonium e cubiculo et lectulo iubere, quidquid hosti conducat. tot armatas fortissimorum virorum manus unius senis valetudine regi: quin potius interfecto proditore fortunam virtutemque suam malo omine exsolverent. his inter se vocibus instinctos flammavere insuper adlatae a Vespasiano literae, quas Flaccus, quia occultari nequibant, pro contione recitavit vinctosque, qui attulerant, ad Vitellium misit.

25 Sic mitigatis animis Bonnam, hiberna primae legionis, ventum. infensior illic miles culpam cladis in Hordeonium vertebat: eius iussu derectam adversus Batavos aciem, tamquam a Mogontiaco legiones sequerentur; eiusdem proditione caesos, nullis supervenientibus auxiliis: ignota haec ceteris exercitibus neque imperatori suo nuntiari, cum adcursu tot provinciarum extingui repens perfidia potuerit. Hordeonius exemplares omnium literarum, quibus per Gallias Britanniamque et Hispanias auxilia ora-

emissas] quasi e custodia, 'herausgelassen'.

7. *adsciri*] i. e. assumi; v. ad III, 52, 11.

8. *adolevisse*] 'sei emporgekommen'.

9. *obscurus* hier 'unsichtbar, versteckt'. wie A. IV, 1 u. 5.

10. *stare . . . struere*] Ueber das cumulative Asyndeton s. zu II, 70, 15.

12. *quin*] s. zu III, 66, 17.

14. *his inter se vocibus*] Brachylogie für *his vocibus inter se iactis*. In dieser Wortstellung vertritt der adverbiale Ausdruck den Begriff eines Adjectivs wie *mutuis*. Vgl. c. 37 *magnis in vicem cladibus;* G. 37 *multa in vicem damna;* Liv. III, 71, 3 *multis in vicem cladibus fessi;* IX, 3, 4 *his in vicem sermonibus*. Mehr bei Fabri zu Liv. XXI, 36, 6.

instinctus 'erhitzt'; vgl. A. II, 46. Agr. 35.

adlatus 'eingegangeu, eingelaufen'.

16. *pro contione*] wie III, 9 *recitatae pro contione epistulae;* IV, 32 *lectae pro contione epistulae;* A. II, 22 *laudatis pro contione victoribus*. Anders A. I, 44 *stabant pro contione* ('als Versammlung') *legiones*. Beides drückt unser 'beim Appell' aus.

qui attulerant] ohne Dativ wie in der ähnlichen Stelle c. 75, 8.

25. 2. *illic*] i. e. qui illic agebat statt *ille*. Vgl. II, 16 *Liburnicarum ibi navium;* V, 14 *memoria prosperarum illic rerum*. Draeger Synt. § 23. Berger lat. Stil. § 53, d.

3. *derectam*] s. zu c. 16, 8.

tamquam 'in der Unterstellung'; s. zu I, 8, 9.

5. *supervenire* 'darüber herzukommen' in diesem Zusammenhange s. v. a. 'zu Hilfe kommen'. Denn durch die Dazwischenkunft der vorausgesetzten Verstärkungen wäre die Niederlage bei Bonn (c. 20) abgewendet worden. Umgekehrt heisst es c. 54 *superventu legionis caesi victores*.

6. *adcursus* 'rasche Beihilfe', wie c. 77 *fortissimi cuiusque adcursu reciperatum pontem;* III, 16 *plurium adcursu versa fortuna*.

7. *repens* 'momentan'; s. zu I, 23, 1.

exemplares, ἀπόγραφα, für die gewöhnliche Form *exemplaria;* vgl. Front. epp. II, 5 *exemplares eorum excerptorum nullos feci*.

bat, exercitui recitavit instituitque pessimum facinus, ut epistulae aquiliferis legionum traderentur, a quis ante militi quam ducibus legebantur. tum e seditiosis unum vinciri iubet magis usurpandi iuris, quam quia unius culpa foret. motusque Bonna exercitus in coloniam Agrippinensem, adfluentibus auxiliis Gallorum, qui primo rem Romanam enixe iuvabant: mox valescentibus Germanis pleraeque civitates adversum nos arma *sumpsere* spe libertatis et, si exuissent servitium, cupidine imperitandi. gliscebat iracundia legionum, nec terrorem unius militis vincula indiderant; quin idem ille arguebat ultro conscientiam ducis, tamquam nuntius inter Civilem Flaccumque falso crimine testis veri opprimeretur. conscendit tribunal Vocula mira constantia prensumque militem ac vociferantem duci ad supplicium iussit: et dum mali pavent, optimus quisque iussis paruere. exim consensu ducem Voculam poscentibus Flaccus summam rerum ei permisit.

Sed discordes animos multa efferabant: inopia stipendii fru- 26
mentique et simul dilectum tributaque Galliae aspernantes, Rhenus incognita illi caelo siccitate vix navium patiens, arti commeatus,

9. *facinus instituere* 'ein Verfahren einführen'.

epistulae] ad ipsum scriptae ipsique reddendae.

10. *aquiliferis . . . traderentur*] apud signa in principiis collocata asservandae et pro contione recitandae. Spartian. Pescenn. Nig. 4 *misi litteras recitandas ad signa*.

11. *usurpandi iuris*] wie c. 42 *depellendi periculi*, eine Nachahmung des griechischen, insonderheit thukydideischen Sprachgebrauchs durch τοῦ mit dem Inf. die Absicht, von der eine Handlung ausgeht, zu bezeichnen (Krüger gr. Spr. § 47, 22 A. 2. Curtius gr. Schulgr. § 574, 3 A. Kühner kurzgef. Schulgr. § 309, 2, b). Vgl. Nipperdey zu A. II, 59 *Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis*. Otto zu A. I, 3 S. 55. Draeger Synt. § 205. Madv. § 417 A. 5.

13. *auxiliis*] per Gallias concitis (c. 24, 1).

16. *si*] Der Bedingungssatz ist dem Ger. *imperitandi* subordiniert. Ueber den Grund des Conj. *exuissent* s. zu c. 17, 26.

imperitandi] scil. ceteris civitatibus. Ueber das durch die gegenseitige Eifersucht paralysierte Streben der mächtigeren Volksstämme nach der Oberherrschaft vgl. c. 69.

gliscere 'um sich greifen, überhand nehmen'. S. zu II, 8, 15.

17. *legionum*] i. e. legionis I et vexillariorum legionum IV. XXII. S. zu I, 70, 20.

18. *quin*] s. Schultz § 352 A. 5.

ultro] 'gieng so weit, dass'; s. zu I, 7, 8.

tamquam] s. zu I, 8, 9.

20. *Vocula*] s. c. 24, 2.

22. *paruere*] der Plur. nach dem Collectivbegriff *optimus quisque*; s. zu I, 35, 5. Draeger Synt. § 29, b.

exim] für *exin* wie II, 71, 1.

23. *poscentibus*] s. zu c. 27, 10.

summam rerum] 'die Oberleitung'; s. zu II, 33, 11 und zu III, 70, 19.

26. 1. *discordes*] nicht unter sich, sondern mit dem Obercommando zwieträchtig d. i. 'aufsässig, meuterisch', wie A. I, 38 *vexillarii discordium legionum*; s. zu I, 53, 7.

2. *Galliae aspernantes, Rhenus . . . vix . . . patiens*] s. zu c. 19, 11.

3. *caelum* 'Himmelsstrich', dann 'Klima'. Zum Urtheil über das Klima vgl. A. I, 56 *nam (rarum illi caelo) siccitate et amnibus modicis inoffensum iter properaverat*; G. 5 *aut silvis horrida aut paludibus foeda, umidior, qua Gallias,*

dispositae per omnem ripam stationes, quae Germanos vado arcerent, eademque de causa minus frugum et plures, qui consumerent. apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tamquam nos amnes quoque et vetera imperii munimenta desererent: quod in pace fors seu natura, tunc fatum et ira dei vocabatur.

Ingressis Novaesium sexta decuma legio coniungitur. additus Voculae in partem curarum Herennius Gallus legatus, nec ausi ad hostem pergere * * (loco Gelduba nomen est) castra fecere. ibi struenda acie, muniendo vallandoque et ceteris belli

ventosior, qua Noricum ac Pannoniam adspicit.

artus 'knapp'. Durch Zufuhren hätte sonst dem Getreidemangel abgeholfen werden können, wenn nicht der Wasserstand so niedrig gewesen wäre.

4. *per*] s. zu III, 21, 10.

vadum i. e. qua facile transiri poterat, hier s. v. a. 'seichtes Bett'.

5. *eadem de causa*] i. e. propter caeli siccitatem.

6. *imperitus* 'ungebildet'.

prodigii loco] s. zu II, 91, 1.

7. *tamquam*] s. zu I, 8, 9.

amnes et vetera imperii munimenta] Das erklärende Glied ist statt der Apposition neben das erste als selbständiges Moment hingestellt und durch *et* damit coordiniert. Vgl. c. 12 *nec opibus Romanis societateve validiorum adtriti;* c. 28 *Menapios et Morinos et extrema Galliarum;* G. 29 *ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperii.* Draeger Synt. § 113. Zuerst so die Dichter, wie Verg. Aen. VIII, 241 *at specus et Caci detecta adparuit ingens regia.* Zur Sache vgl. A. I, 9 *mari Oceano aut amnibus longinquis saeptum imperium.*

9. *ira dei*] i. e. Rheni. Vgl. die ähnliche Auffassung noch V, 17 *Rhenum et Germaniae deos in adspectu; quorum numine capesserent pugnam.* Anderswo wird allgemeiner gesagt *ira deum*, wie A. I. 39 *tum fatalem increpans rabiem, neque militum sed deum ira resurgere;* IV, 1 *deum ira in rem Romanam.* Nipperdey liest daher *deum.*

10. *Novaesium* (*Novaίσιον*) j. Neuss (Nuys) an der Erft oberhalb Düsseldorf auf der linken Rheinseite, noch im Jahre 1310 am Strome gelegen, ist jetzt etwa eine halbe Stunde davon entfernt.

sexta decuma] Allerdings war nur das Depot dort zurückgeblieben; vgl. II, 100 *vexilla I. IV. XV. XVI legionum.* Die Legion hatte ihr Standlager zu Novaesium (c. 62).

11. *curae* 'Dienstgeschäfte', der Sache nach = *summa rerum,* wie c. 59 *divisae inde inter Tutorem et Classicum curae.* Hordeonius selbst blieb mit einem Theile der Truppen in Novaesium.

legatus] I legionis (c. 19, 14).

12. *loco Gelduba nomen est*] Der Ort im nördlichsten Theile des Ubiergebietes gelegen (j. Dorf Gelb zwischen Kaiserswerth und Uerdingen) eignet sich durch die etwas erhöhte Lage trefflich zum Aufschlagen eines Lagers. Uebrigens lag er damals wohl unmittelbar am Rhein, da er von Plin. n. h. XIX, 5 (28), 90 als *castellum Rheno impositum* bezeichnet wird. Dass vor der Parenthese eine Ortsangabe ausgefallen ist, darf nach Wurms und Völkers Ausführungen als sehr wahrscheinlich gelten. Die Entfernung zwischen Neuss und Gelb beträgt etwa $2\frac{1}{2}$ g. M., was mit der Angabe des Itiner. Antonini (p. 118 ed. Parth. et Pind.) *IX leugas* = $13\frac{1}{2}$ röm. Meilen ziemlich stimmt, die leuga (fr. lieue) zu $1\frac{1}{2}$ röm. Meilen gerechnet. Es fragt sich nur, ob man lieber *ad (apud) tertium decumum a Novaesio* oder *ad (apud) tertium decumum lapidem* schreiben will. Für die erste Ergänzung lassen sich drei Stellen aus Tac. beibringen: II, 24 *ad duodecumum a Cremona (locus Castorum vocatur) ferocissi-*

meditamentis militem firmabant. utque praeda ad virtutem accenderetur, in proximos Cugernorum pagos, qui societatem Civilis acceperant, ductus *a* Vocula exercitus; pars cum Herennio Gallo remansit.

27 Forte navem haud procul castris frumento gravem, cum per vada haesisset, Germani in suam ripam trahebant. non tulit Gallus misitque subsidio cohortem: auctus et Germanorum numerus, paulatimque adgregantibus se auxiliis acie certatum. Germani multa cum strage nostrorum navem abripiunt: victi, quod tum in morem verterat, non suam ignaviam sed perfidiam legati culpabant. protractum e tentorio, scissa veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis prodidisset exercitum, dicere iubent. redit in Hordeonium invidia: illum auctorem sceleris, hunc ministrum vocant, donec exitium minitantibus exterritus proditionem et ipse Hordeonio obiecit; vinctusque adventu demum Voculae exsolvitur. is postera die auctores seditionis morte adfecit: tanta illi exercitui diversitas inerat licentiae patientiaeque. haud dubie

mos auxiliarium . . . componit; c. 39 *promoveri ad quartum a Bedriaco castra placuit;* III, 15 *ad octavum a Bedriaco progressus;* für die andere sprechen zwei Stellen: IV, 60 *ad quintum fere lapidem coorti Germani;* A. I, 45 *legionum sexagensimum apud lapidem (loco Vetera nomen est) hibernantium.* Ritter erklärt die Worte für ein Glossem aus c. 32, 3. Nipperdey endlich nimmt die Lesart interpolierter Handschriften *loco, cui Gelduba nomen est,* wieder auf; vgl. c. 84 *loco, cui nomen Rhacotis,* und die Anm. dazu.

14. *meditamenta* 'Vorübungen'; vgl. A. XV, 35 *nomina summae* (i. e. imperatoriae) *curae et meditamenta,* wo das Wort vom Vorbereitungsdienste in Amtsgeschäften gebraucht wird.

firmabant] Welchen Sinn hat das Impf. hier und c. 27, 2 *trahebant?*

15. Die Cugerner hält man für die Nachkommen jener von Tiberius 8 v. Chr. aufs linke Rheinufer übergesiedelten Sugambrer (Suet. Tib. 9). Sie waren die nördlichen Nachbarn der Ubier und grenzten an das Batavergebiet, wie schon aus der Reihenfolge bei Plin. n. h. IV, 17 (31), 106 *in Ubiis colonia Agrippinensis, Cugerni, Batavi* sich ergibt. Noch jetzt soll sich eine Erinnerung an sie in dem Namen des clevischen Städtchens Goch erhalten haben.

16. *ductus*] sc. est; s. zu c. 12, 11.

17. *remansit*] scil. Geldubae.

27. 2. *per vada*] i. e. dum per vada vehitur.

3. *et*] für *etiam;* s. zu III, 37, 13.

4. *auxilia* 'Verstärkungen', wie c. 25, 5.

acie certatum] scil. est, 'es gab ein förmliches Gefecht'.

6. *in morem vertere* 'Mode werden'.

legati] qui parvas magnis copiis obiecisset.

9. *invidia*] s. zu III, 32, 9.

illum] qui procul erat Novaesii.

hunc] qui Geldubae aderat.

minister 'das Werkzeug'.

10. *minitantibus*] Abl. abs. des Part. ohne Pronomen der Person, das im Vorhergehenden steckt, nach griechischer Weise, wie c. 25, 23 *poscentibus* u. ö. Draeger Synt. § 212, a.

11. *Voculae*] e proximis Cugernorum pagis (c. 26) redeuntis.

12. *is*] nicht *qui*, was auf Gallus gienge.

13. *diversitas* 'Gegensatz', wie G. 15 *mira diversitate naturae, cum idem homines sic ament inertiam et oderint quietem.*

patientia 'Fügsamkeit, Ergebung'.

gregarius miles Vitellio fidus, splendidissimus quisque in Vespasianum proni: inde scelerum ac suppliciorum vices et mixtus obsequio furor, ut contineri non possent, qui puniri poterant.

28 At Civilem inmensis auctibus universa Germania extollebat, societate nobilissimis obsidum firmata. ille, ut cuique proximum, vastari Ubios Treverosque, et aliam manum Mosam amnem transire iubet, ut Menapios et Morinos et extrema Galliarum quateret. actae utrobique praedae, infestius in Ubiis, quod gens Germanicae originis eiurata patria [Romanorum nomen] Agrippinenses vocarentur. caesae cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes, quia procul ripa aberant. nec quievere Ubii, quo minus praedas e Germania peterent, primo inpune, dein circumventi sunt, per omne id bellum meliore usi fide quam fortuna. contusis Ubiis gravior et successu rerum ferocior Civilis obsidium

15. *proni*] Ueber den Plur. s. zu c. 25, 22.
inde] s. zu III, 2, 9.
mixtus] 'das Durcheinandergehen'; s. zu c. 19, 11.
16. *continere* 'in Zaum, in Zucht halten'.

28. 1. *At*] s. zu c. 18, 1.
auctus] 'Zuwachs, Verstärkung', wie Vell. II, 40 *huius viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit:* vgl. unten c. 66 *Civilis societate Agrippinensium auctus.* Das der Sprache Ciceros fremde Wort kommt übrigens schon bei Lucrez vor.
2. *nobilissimis obsidum*] s. zu II, 1, 14. III, 12, 9.
4. Die Menapier wohnten zwischen der untern Maas und der Schelde südlich von den Batavern, die Moriner zwischen Schelde und Somme am Pas de Calais.
et] s. zu c. 26, 7.
